



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Militia Immaculatae Conceptionis Virginis Mariae, Contra  
Malitiam Originalis Infectionis Peccati**

**Alva y Astorga, Pedro de**

**Lovanij, 1663**

A.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13965**



MILITIA  
PRO  
IMMACULATA CONCEPTIONE  
DEIPARÆ VIRGINIS  
MARIÆ.  
CONTRA  
MALITIAM  
PECCATI ORIGINALIS.

A.



*BDIAS Babylonius, primus illius civitatis ab Apostolis electus Episcopus, in lib. de Historia certaminis Apostolorum, lib. 8. fo. 98. adducit illa verba S. Bartholomaei, sic dicetis: Primum homo Adam dicitur est, quia de terra factus est: virgo fecit, quia nec sanguine humano polluta fuerat, nec ad sepulturam aliquius mortui à quoquam erat aperta. Par ergo erat, ut dixi, ut qui filium virginis vicerat, à Filio Virginis vinceretur, &c. Lib. impreß. Parisiis 1571. in 8. Hæc & nihil amplius habet de sacratissima Virgine MARIA in toto suo libro antiquissimus iste Ecclesiæ Scriptor; quem adduco, non ut ex ipso probetur pia de Immaculata Deiparæ Conceptione sententia, cùm nihil*

de illa dicat directè aut indirectè: sed ut videatur in hoc & in aliis Scriptoribus antiquis, de quibus infra, esse prorsus falsum & à veritate alienum, illud confidenti voce prolatum, & assertivo calamo scriptum ab omnibus tam antiquis, quam modernis assertoribus opinionis contraria sepiissime clamantibus *Omnes Scriptores Antiquos sustinuerunt suam opinionem. Hæc universalis in hoc primo Auctore vera non est; nam si in aliqua Militia numerandus esset, sine dubio propter verba relata magis piæ esset adscribendus.*

*ABRAHAM Bzovius, Ordinis Prædicatorum Polonus, à quo etiam incipimus indagare veritatem alterius asserti universalis antiquiorum & novissimorum scribentium contra Solem Veritatis, uno ore dicentium: Tota Religio Dominicana sustinuit opinionem de Sanctificatione; ut ex ipsorum verbis ad litteram adducendis judicet Lector ad quam Militiam spectent. Iste ergo in sacro Pancarpio pro Sanctorum festivitatibus, ex floribus sacra Scriptura & Sanctorum Patrum, fol. 11. in festo Sanctificationis Beatae Deiparæ, ad illa verba Job. 38. Nunquid ingressus*

A

ingressus

ingressus es thesauros nivis ? habet Concionem de Sanctificatione copiosa Beata Virginis; in qua post aliqua de Adami peccato, & originali macula, neconon sanctificatione Hieremias & Joannis, inquit: MARIAM sacrosanctam Dei parentem præcærteris scio magis refertam mensuram accepisse eiusdem candidationis quam alios, sive tempore (ut aliqui existimant) præventa, ne incideret in lethum pudorem, sive copia in momento accepta, postquam lapla est, si lapla est, in originarium marcorem. Nam potior illa quam Joannes, Hieremias & ceteri Vatum nobilior quam protoparentes, immo quam ipsi Angeli felices. Decebat itaq; affluenteri, immo si etiam maris, priusquam illaberetur, persundi gratia afflentissima, quam alii ante nati, qui vel in sanctitate natu, vel in iustitia creati, &c. Sed hi gigantes respectu MARIE (cujus uterus cœlis capacior fucurus erat) quasi locutæ visuntur, ut surrectu virtutum quibus emicuit, sic & Conceptu sacrato, quo se adhuc in utero materno super omnes extulit, &c. Omnes tamen plorare necesse habuerint cum Psalte: Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea. Et cum eodem Jobo inclamare: Pereat nox in qua dictum est: Conceptus est homo; nam omnes conclusi sub his aquis, quas serpens adrepens nostra originationi vomit in calcanem nostrum. Solam Beatam Virginem scio contrivisse caput malignum, ne fuliginis liquore arraret illam, que tota pulebra, tota sine macula, tota lillum. Vomuerat quidem septiceps hydra fluvium ex ore, quo hanc S. Mulierem sole amictam tingere & infuscare, sed datae huic duæ alæ, ut evolaret à rictu & eluvie tangentis. An non decebat futuram matrem viventium, veramq; Virginem à mortisera labe immunem esse? Arbor illa vita ferox vitalis fructus Jesu benedicti digna erat, ne malignus spiculator seipsum illam contingere. Terra illa melior de qua veritas orta est, quæ novum protulit Adamum, memebatur, ne maculoso liquore perfunderetur; sed Virgo Virginum Immaculata, neque adhuc à serpente inaurata perseveraret. Par erat novum hunc paradisum nullis spinis, nullis tribulis squallere. Meliorem & sanctiorem arcam nulla terredine forari. Lillum inter spinas nullis spinis terebrari. Hortum conclusum excludere exterminatorem fiorem. Virgam Aaronis jam statim à Conceptu pulcherrimis floribus vernare, &c. Alia plura adducit Bzovius, quæ brevitatis causa omisso. Sieq; concludit suam Concionem: O Faxis & nobis divinam misericordiam conciliare, quæ ineffabil ratione misericordia divina prefanciata processisti, & Immaculata candidas in æcum, &c. Lib. impress. Venetiis 1611. in 4. & Coloniae 1613.

Item, in libro dicto: Monile Gemmeum, Diva Virgini Deiparenti sacrū, &c. Gemma 3. Smaragdus; symbolum charitatis Marianæ Rebecca; in festo Sanctificationis Beatissima Virginis Deiparentis MARIE fol. 36. pro immunitate Virginis, inquit: Statim etiam ut Deus designavit Filio suo Unigenito MARIA, illico in primo momento Conceptionis ipsius suo impensis parili Spiritui, illam ut divitaret, adornaretq; ex divinitatis thesauro, &c. Non cæca charitas MARIE, quæ adhuc in utero materno sanctificata, à sibi tunc infusa gratia, &c. Non variata, neque sordida, neque obseura dilectio MARIE, quæ jam statim à momento sanctificationis tota pulchra, tota sine macula, tota lillum inter spinas, sine spinarum aut punctura aut læsura, tota aurora

consurgens, tota luna plena, tota electa, quemadmodum solare astrum, in quod nulla tenebra, nulli atomi, nulli pulveres, nulla nubes, nulla caligines, nulli vapores incurruunt, &c. Gratia plenaria, quid? inimica gratia inquinassent? Domino unitam, quid? Domino adversaria temerassent? Benedictam à Deo, quid? maledicta proxima seduxissent? &c. Nobilior, puriorque neque potuir, neque potest esse dilectio quam MARIE, ut pote quæ ab illa mente, quæ speculum est sine macula, quæ aurora sine nubo, quæ luna sine defectu, quæ sol ipse sine caligine, & sine umbra, &c. In ipsa quoque formatione animæ à divina plastica adeo sublimiter extulit caput, ut in ipsa adhuc profunda nocte, quam in alvo maternâ sustinebat Sol Iustitiae, illam ante diluculum, quinimo ante canticum tripliciter illustrat, &c. Lib. impress. Venetiis 1614. in 4. & Coloniae 1615. in 4. Alia plura adducit pro hoc argumento. Vide ibi.

Item, in libro dicto: Florida Mariana, seu de laudibus Sanctissimæ Deiparae Virginis MARIE, in festo Sanctificationis Beatissima Virginis MARIE. Et facies tua decora, Cant. 2. cap. Panegyrico I. de Incomparabili pulchritudine animæ sanctissimæ Deiparae MARIE respectu Angelorum, inquit: Deipara MARIE creatum spiritum; qui mihi ut lillum inter albentes flores, ut phœnix inter decoroles volvres, ut sol inter aurcas cœli luces, ita ille inter reliquos orbis universi spiritus candicat nivea puritate, &c. Major principe faciem MARIA, quæ necedum nata, nihil verita est leges nature, præter quæ concepta est. Nihil verita & conatus demonis, quem in ino pede continuit in originatione, quem & eodem insimo gressu, nimisrum vestigiis suis in Ecclesia Catholica derelictis, vel solis licet imaginibus sternit & conculcat.

Item, in festo Sanctificationis Beatissima Virginis MARIE Panegyrico II. de Pulchritudine animæ sanctissimæ Deiparae Virginis MARIE ad protoparentum comparationem, inquit: Sustinet nostra diva hodie à mirabili parturitione in materno utero velut syrus exoriens, &c. Nam illico ut à semine regio corpus illud formatum spiritum purissimum ab æthere derivatum, & à Numinis infusum caput, statim dexter a Dei astigit, &c. Naturæ deliquio communi, quam ex Adami infecta stirpe trahebat MARIA, cœsura illa quoq; erat; quis enim vel infans unius dies mundus est à foribus? nisi tam Rex Regum manus tenuisset. Festinus ille adhuc in utero surgenti, accurrit: statim ut fundavit, sanctificavit tabernaculum suum Altissimus, & ideo illico à sanctificatione Deus in medio ejus animæ; ideoque non commovebitur, &c. Poterat enim sanè rectius, quam Judith, MARIA usurpare illa verba: Dominus qui ab initio meo me possest, quique antequam quicquam ad redimendos mortales faceret, me sibi fasciis aureis cinctus non permisit me ancillam suam coquinari, &c. Exitium ergo fuit nequam spiritibus gratiarum MARIA flamma, sed est solatium orbi universo, quem à Conceptione sua sine nictatione aspergit, &c. quia aureis gratie fasciis cincta est Virgo MARIA in sua Conceptione. Alia quamplura vide ibi.

Item, Panegyrico III. de Sanctificatione MARIE respectu aliorum in utero sanctificatorum, inquit: Hostes MARIE id constanter, & plenis buccinis prædicant: Nullus nascitur (reliquit Mahometes) de filiis Adam, quem non tangat satan, prater MARIAM, & Filium ejus. Quid præclarius? Quid verius poterat

terat dici in venustatem Deiparæ? Nullus igitur nec Hieremias, nec Baptista Præcursor, nec isti, excepta Sancta Virgine MARIA (ita lumen Ecclesiæ Augustinus) si omnes Sancti, &c. Si omnes Sancti & Sanctæ, illi quoque duo insignes Sancti vates pede hoc vitulino in mundo hoc decertantes non nihil labecularum contraxeræ; sola MARIA Dei amica, tota pulchra, & macula non est in ea. Sola sicut lily inter spinas, ita illa inter filias, &c. quam intemeratam puritatem vel minimo pulviculo contaminare, iure ut merito sibi vendicet hoc elogium: Speculum sine macula, delicioris munditiae exemplar, &c. Omnim illorum pedes abluit Christus, solius MARIE non lavit, quia illa tota pulchra & sine macula, &c. Omnia concludit Deus sub peccato, solùm MARIAM exculpit, & nullo nexo, nullâ macula obducta, &c. Lib. impr. Venetiis 1612. in 4. & Coloniæ 1617. in 4.

Item, in libro: Thesaurus laudum Sanctissimæ Deiparæ super Canticum Salve Regina quadraginta Concionibus, &c. vocat Virginem MARIAM passim puram, purissimam, Immaculatam, absq; peccato, &c. præcipue Concione 5. & 6. folio 86. & 87. cuius auctoritates brevitatis causâ non transcribo. Lib. impress. Venetiis 1558. in 4. Solùm referam, quæ fol. 48. pro Virginis Conceptione adducit post alia enim plura de peccato originali, inquit: Tamen nos licet sciamus omnes homines vinculo peccati originalis subjectos esse: illa nihilominus verba Concilij Tridentini non rejecienda censemus, ubi declarat Sancta Synodus non esse sua intentionis comprehendere in hoc Decreto, ubi de peccato originali agitur, Beatam & Immaculatam Virginem MARIAM Dei Genitricem. Quid ni? Cur non comprehendit etiam B. Deiparam? Nunquid non & illa in concupiscentia carnali concepta est? Nunquid & illa cum Christo commune habuit privilegium, ut nulla peccati labe contaminaretur? Non dicit hoc Concilium, sed stare & acquiescere jubet Decretis Sixti IV. Pont. Max. qui utramque sententiam credibilem, & probabilem reliquit. Verum equidem est Beatam Virginem longè inferioris esse sanctitatis à Christo suo Filio: nec illud pernendum est, B. MARIAM (quia non ex Spiritu Sancto) in carnali concupiscentia conceptam esse. Sed, nunquid potentia divinæ repugnans est, ut illam à lege communi incurrendi maculam originalem exciperet, & conservaret? solus ille novit, qui quantum virtute sua possit, novit. Scimus interim nos quoque, quod multis temporibus Deus contra, seu præter legem communem operatus est. Lege perpetua statuerat, ut Solis cursus nunquam retardaretur: ut quadrigæ solares nunquam quiescerent, sed motu perenni velocissime per valissimam cœli soliditudinem vagarentur. Fecit tamen præter hanc legem ad vocem Josue: Sterit Sol in medio cœli, & non festinavit occumbere spatio unius diei. Non fuit ante, & postea tam longa dies obedientie Deo voti hominis. Fecit & altera vice in signum sanitatis restituere Ezechiel Regi. Invocavit enim Ieremia Prophetam Dominum, & reduxit umbram per lineas, quibus jam descendebat in horologio Achaz retrorsum decem gradibus. Lege sempiterna firmaverat, ut ignis edax voracibus flammis omne quod est corporeum & terrenum dissolveret, atque consumeret. Quis autem numerabat, quot

viciis ignis naturæ sue ad præceptum divinum oblitus fuerit? Unum tantum ex Scriptura adducam exemplum, scilicet tres illos infantes in fornace Babylonis. Porro, inquit Daniel, viros illos qui miserant Sidrach, Misac & Abdenago interfecit flamma ignis: viri autem hi tres ceciderunt in medio camino ignis ardantis colligati. Angelus autem Domini descendit cum Azaria & sociis ejus in fornacem, & exculpsit flamman ignis de fornace, & fecit medium fornacis quasi ventum flantem, & non tetigit eos omnino ignis, neque contrastavit, nec quicquam molestię intulit. Naturalem savitiam leonibus indidit Deus, ut hue atque illuc discurrentes nemini parcant, sed omnia dilaniant, atque devorent: tamen hanc saepè sèpius in mansuetudinem convertit. Daniel ipse testis est, qui injectus in lacum famelicorum leonum, ab illis intactus per multos dies remansit. Sic & modò licet statu perenni decrevisset, ut Sol justitiae originalis & gratiae in nullius ortu, & concepiu subsisteret; sed omnes cursu rapidissimo præteriret, & omnes in tenebris originalis in ventre materno obstrusos relinquenter, ut omnes, sicut Job dicebat: Expectent lucem, & non videant nec ortum surgentis auroræ; potius tamen præcipere, ut subsisteret aliquantum in uno die, die scilicet felicissimo Conceptus Virginis MARIAE, in quo primam manum apposuerat ad pugnandum cum infasto, & crudeli hoste generis humani; præsertim cum in MARIA, ut Patres docuerunt, fieret initium reparacionis, & redemptionis nostræ. Per feminam mors (dicebat præclarissimus Martyr Ireneus) per feminam vita. Per Eam interitus, per MARIAM salus. Illa corrupta seductorem secuta est, hæc integra peperit Salvatorem: illa poculum à serpente propinatum libenter accepit, & viro tradidit, ex quo simul mererentur occidi; hæc gratia cœlesti de super infusa vitam protulit, per quam caro mortua possit resuscitari. Hunc secutus Augustinus ait: Eva generis nostri pœnam intulit mundo, Genitrix Domini nostri salutem attulit mundo; auxtrix peccati Eva, auxtrix meriti MARIA. Eva occidendo obfuit, MARIA vivificando profuit: illa percutit, ista sanavit. Pro inobedientia enim, obedientia; fides pro perfidia commutatur. Et Ireneus ubi supra: Sicut (inquit) Eva virum habens Adam, & virgo adhuc existens inobediens, & sibi & universo generihumano causa facta est mortis; sic & MARIA habens prædestinatū virum, tamen Virgo obaudiens, & sibi & universo generi humano causa facta est salutis. Inobedientia Eve nodus solutionem accepit per obedientiam MARIAE. Quod enim alligavit virgo Eva per incredulitatem, hoc Virgo MARIA solvit per fidem. Nec dissimile est quod Rupertus annotavit: Eva quasi inimica, Eva quasi vipera, Eva quasi deformis, & ignominiosa mihi inimica, viro suo vipera, sibimet confusa ignominia. Inimica per superbiam, quâ intus tumuit; vipera per malitiam, quam ex serpente concipiens foris tentata facilè cessit: ignominiosa per pruritum libidinis, quâ statim scaturire coepit. Unde & nudam se cognoscens folio pudenda contexit. Beata autem MARIA amica mea per humilitatem, columba mea per charitatem, formosa mea per castitatem, tu contra Deum non intumuisisti; imo mente humili Altissimo complacuisti; & ecce amica es.

A 2

Tu

Tu serpenti aurem non præbuisti, imò inimici-  
rias inter te, & serpentem ego posui; & ecce co-  
lumba mea es. Tu nuditatem libidinis non incur-  
risti, imò Spiritus Sanctus obumbravit tibi; & ec-  
ce formosa es. Licet deinde decreto sempiterno firma-  
verit, nūllus esset qui non aduratur hoc igne sulphureo  
carnalis originalis peccati, potuit tamen umbrā alarum  
suarum protegere hoc vellus Gedeonis M A R I A M rōe  
gratiarum perfusam, ne ab ijsis flammis attingeretur. Li-  
cet fœdere communi leoni illi rugienti, & quæ-  
renti quem devoret permiserit, ut omnes in suam  
captivitatem abducatur, & originali labo alpergat,  
potuit tamen efficere, ut Beata Virgo illius mortibus, &  
crudelibus fauicibus non subfacerit, præsertim cum  
illa sit, quæ calcaneo suo vires illius compressit.  
Hæc est enim illa benedicta fremina, cui pollici-  
tus est Deus: Ipsa conteret caput serpentis. Hæc  
est benedicta illa terra nulli maledictioni subiecta, ex qua  
veritas paterna exorta est. Decuit enim, ut sicut  
Adam primus homo de terra virgine nulli male-  
dicto obnoxia, neque humani sanguinis profu-  
sione vitiata formatus est: sic Adam secundus de  
terra eadem Virgine nulli maledictioni suppo-  
rita, nulla concupiscentiæ vel libidinis labo af-  
persa corpus assumeret. Hæc est thronus ille su-  
blimus, excellentissimus & augustus, qui ex ebo-  
re candido & rubicundo, candido per castimo-  
niam, rubicundo per gratiam elaboratus est. In  
hoc enim throno ille qui Salomoni sapientiam  
infudit, ille in quo omnes thesauri sapientiæ &  
scientiæ sunt reconditi, recubuit. Hæc est arca  
illa ex lignis impuribilibus fabricata, quam nulla  
putredo peccatorum, nulla vitiorum caries corrupit.  
Hæc est hortus conclusus ad quem nullus fer-  
penti locus patuit. Hæc est Virga Jesse semper re-  
cta, & nunquam curvata per jugum peccati. Virgo  
Beata est vellus Gedeonis repletum, & perfusum  
& peccatorum ardorem. Beata Deipara est co-  
lumba suum perpetuum retinens candorem, om-  
nis peccati felle, & amaritudine carens. Hæc est pul-  
chra & sine macula, pulchra ut Luma, electa ut  
Sol. Decuit enim ut ea puritate niteret Mater  
Dei, quæ maior sub Deo nequit intelligi, &c. In  
impress. Coloniensi facta anno 1620. extant hæc  
verba à fol. 227. Concione 23.

Item, tom. 18. Annal. Ecclesiasticon, fol. 606.  
refert latè quomodò Wigandus Cauponius, & Jo-  
annes Verus palinodiam decantarunt circa sen-  
tentiam *Immaculatae Conceptionis Virginis MARIE*,  
& similiter adducit Decretum Oliverij & Georgij  
Cardinalium circa modum prædicandi in  
materia Conceptionis, &c. Lib. impress. Colo-  
niæ 1627. in fol. Ex his & aliis hujusmodi que  
sunt in hoc Auctore, judicet Lector.

A B R A H A M U S Bucholcerus, Auctor damna-  
tus (sed Opus permisum) in indice Chronologi-  
co seu Itagoge Chronologica ad annorum se-  
riem in sacris Biblis contextendam, &c. anno  
mundi 3955. ante Christum natum 16. fol. 115.  
inquit: *Beata Virgo M A R I A Domini nostri I E S U*  
*CHRISTI Mater hoc anno vel concepta, vel nata cre-  
ditur ex patre Eli, qui & Joachim, vel Eliachim;*  
ab erecto tabernaculo in deserto 1500. à condi-  
ta regia Salomonis 1014. eadem completa 1022.  
à templo secundò condito 503. eodem perfecto  
535. à morte & vaticinio Jacobi 1700. inclusive,  
&c. Lib. impress. Francof. 1634. & 1616. in 8.

& Gorlicij 1480. in fol. Hic nihil probat pro nec  
contraideo excluditur à Militia, & remittitur ad  
notitiam.

A B S A L O N Spirinek, Irbaceensis Abbas Ordini-  
nis Cistercien. Serm. 22. qui est de Annuntiatio-  
ne, post alia plura de plenitudine gratiæ, fol. 74:  
inquit: In Beata Virgine MARIA plenitudo æqua  
fuit, quoniam spiritali gratia in tantum repleta  
est, quod in ea nihil vacuum, id est, nullus peccandi lo-  
cus remansit. Unde Augustinus dicit: Cum de pec-  
catis agitur, nullam de Beata MARIA volo fieri  
mentionem, &c. Plena gratiæ fuit naturalium bo-  
norum, quoniam Spiritu Sancto ei superveniente  
integritatem naturalem secundum dignitatim prima  
conditionis sola inter filias Eva accepit, &c. Si nihil va-  
cuum fuit in MARIA, & in ea nullus peccandi lo-  
cus remansit, ergo nec vacua fuit in sua Concep-  
tione, ut originali peccato locus remaneret.

Item, Serm. 44. qui est secundus de Assumptio-  
ne, fol. 145. inquit: Benedicta tu inter mulieres.  
Assumpta est per purificationem, dum à ceteris fi-  
lis hominum sequestrata, ab originali & actuali pecca-  
to Spiritu Sancti mundatione est purificata. Lib. impr.  
Coloniæ 1534. in fol. & in nostra Biblioth. Vir-  
ginali, tom. 1. in principio. Si ergo eodem mo-  
do loquitur Absalon de peccato actuali ac de o-  
riginali; & ab actuali non fuit mundata post ca-  
sum, vel maculam; sed ibi mundatio est idem  
quod præservatio, quare non idem sentiendum  
erit de peccato originali? Iste Auctor antiquus  
est, & nihil aliud habet pro nec contra de hac  
materia, ut ab hoc prosequamur demonstrare  
non omnes antiquos Doctores scribentes ante  
Sixtum IV. sustinuisse opinionem minus piam, ut  
aliqui nunc etiam ausi sunt affirmare sine ullo  
fundamento.

A C A T I U S Gaytan, Ordinis Minorum Hispa-  
nus, scripsit Cantionem de *Immaculata Conceptione*  
*Virginis MARIE*, quæ extat impress. Granata cum  
multis aliis, folio 290.

A C A D E M IÆ Christianæ, ac Catholici Orbis  
Scholæ, seu Gymnasia publica communiter di-  
cta Universitates, per totum terrarum ambitum  
diffusa, quæ speciali voto pollicentur, jurejurando  
astriguntur, statuto inviolabili admittunt,  
publicis assertiōibus defendunt, atque religio-  
so cultu celebrant ut puram, sanctam, ab omni  
labo, culpa & macula sacrificissimæ Virginis Dei  
Genitricis MARIE *Immaculatam Conceptionem*, im-  
munitatem, atque præservationem in primo suæ anima-  
tionis instanti, sub diversis formulis, protestativis  
que verbis, sunt sequentes. In Hispania: Biacense  
seu Baézana, Barchinonensis, Bracharense, Cæsarangutana, Complutensis, Compostellana,  
Conimbricensis, Eborense, Gandensis, Granaten-  
sis, Hispalensis, Illerdensis, Ovetensis, Ocho-  
niensis, Olutrensis, Onnatenensis, Oscensis, Ossu-  
nenensis, Oxomensis, Pinciana, Pragensis, Saguntina,  
Salmanticensis, Toletana, Tarragonensis, Valen-  
tina, Vallisoletana, Ulyssiponensis. In Gallia:  
Aurelianensis, Parisiensis, Tolosana. Dolana in  
Burgundia. Ephordiana vel Ephordiensis in  
Turingia. In Indiis Occidentalibus: Limensis, &  
Mexicana. In Italia: Bononiensis, Neapolitana,  
Panormitana. In Germania: Colonienensis, Lipt-  
ziensis, Moguntina, Tubigenensis, Viennensis, Ur-  
faonenensis. In Belgio: Duacensis, Lovanensis. Pra-  
gensis in Bohemia. In Anglia: Cantabrigensis, &  
Oxonien-

Oxonensis, antequam hæresis labi polluerentur. Istarum ergo omnium vota, juramenta, statuta & acta circa hoc mysterium vide verb. Universitatis.

Item, Catholicæ alia Academias licet non sint iuramenti vinculo astricte, religioso voto alligatae, aut aliquo singulari statuto compromiserint (quod sciam) omnes tamen spontaneo affectu, sola cognitione veritatis motæ, tam in communi, quam in particulari tenent & defendunt piam sententiam de Immaculata Virginis MARIAE Conceptione, ejusque præservatione à peccati originalis macula, v.g. In Italia: Bergomensis, Catanensis, Ferrarensis, Florentina, Mantuana, Mediolanensis, Massiliensis, Mutinensis, Papiensis, Patavina, Perusina, Pisana, Romana, Salernitana, Senensis, Veneta & Veronensis. In Hispaniarum Insulis Ballearibus: Luliana, sive Maioricensis; atque Calaritana, & Turriana in Sardinia. In Galliæ regno: Andegavensis, Augustodunensis, Avinionensis, Bituricensis, Burdegalensis, Cadomensis, Cadurcensis, Genevensis, Gratianopolitana, Laufanensis, Massiliensis, Montispessulana, Musipontana, Nantensis, Nemouensis, Piætavientis, Rhemenis, Samurense gymnasium, Sedanensis, Valentiana. In Germania vicinisque regionibus: Argentinensis alias Argentoratensis, Aliorphiana, Basileensis, Chemnicensis, Clivenis, Coronensis, Cracoviensis, Daventriensis, Dilignana, Elbingensis, Francforiensis, Franckerensis, Friburgensis, Gießanensis, Golbergensis, Gorlicensis, Græcensis, Gripshaldensis, Hafniensis, Hailbrunensis, Hardevicensis, Heidelbergensis, Helmstadiana, Herbipolensis, Herbonensis, Jenenfis, Ingolstadiensis, Lavingensis, Liptzenfis, Lugdunensis alias Leydenfis, Marburgensis, Mechlinensis, Misnensis, Montisregalis alias Conincxbergenfis, Neostadiana, Poisnensis, Olomucensis, Rostochiensis, Servestanum gymnasium, Sorana, Stemsfortense gymnasium & Stetinensis, Swolana, Silvæducens, Tigurina, Trevirensis, Vilcontina, Upsaliensis, Uratifiavensis, Wittembergica, Zuicciavensis. Deniq; in Anglia: Aberdoniensis, Bangoriensis, Carleoniensis, Legioniensis, & Londinensis. Ex istis ergo Academias, sive Universitatibus, que inter Christianos reperiuntur (licet aliquæ à Fide Catholica recesserint) nulla hucusque pro contraria opinione militavit, aut contra piam sententiam palam vel occulte arma sumpsit: sed, ut dixi, omnes sunt pro immunitate Virginis MARIAE, & sic verificatur quod à multis Scriptoribus pro Immaculata Conceptione frequenter dicitur, scilicet: quod omnes Universitates, seu Academias Orbis magis piam amplectuntur sententiam de Immaculata Conceptione.

**ACHILANTES** Rochera, Eques Sancti Sepulchri, in Peregrinatione Terra sanctæ tractatu 3. cap. 8. fol. 157. agit de Ecclesia Sanctæ Annæ, in qua ex antiqua traditione dicitur Virginem MARIAM suisse conceptionem & natam, in qua etiam Catholici celebrant festum Conceptionis & Nativitatis. Lib. impress. Panormi 1630. in 4.

**ACHILLES** Graffius, Castellensis Episcopus, atque Apostolice Sedis Legatus à Julio II. Pontif. Maximo specialiter missus ad Civitatem Bernensem ad annum 1508. ut quosdam Religiosos captos, ac per torturam examinatos miserabiliter ad ignem damnaret propter quasdam dolosas, fallas, impias & diabolicas machinations, quas

odio in Immaculatissime Virginis MARIAE purissimam Conceptionem excogitarant, &c. Vide Nicolaum Basilium, Laurentium Surium, Hugonem Cavelatum, Martinum del Rio, Joannem Antonium Velazquez fol. 243. & præcipue libros de hac re editos Bernæ impress. 1509. in 4. quos habemus cum alio originali manuscripto. Vide etiam verb. Haymo de Monte Salloni Laufanensis, & Matth. Walleſſenſis.

**ACTIUS** Sincerus Jacobus Sannazarius, Poëta illustris Italus, in lib. de Partu Virginis libro 1. sic cecinit:

Est urbis Phœnicum inter, lateq; fluentem  
Jordanem, Regio nostris sat cognita sacris,  
Iudeam appellant, armisq; & lege potentem.  
Hic claris exorta stans, vatuumq; Ducumque  
Antiquum genus, & dignis licet aucta hymenitis  
Pectoris illæsum Virgo mihi casta pudorem  
Servat adhuc, nullos non servatura per amos:  
(Mirus amor) Jeminiq; sibi venerata mariti  
Exiguus degit thalamus & paupere recto,  
Digna polo regnare, altoque effulgere divum  
Concilio, & nostros aeternum habitare penates.  
Hanc mihi virginibus jam pridem ex omnibus una  
Delegi, prudensque animo interior locavis:  
Ut fore, intacta sanctum que Numen in alvo  
Conciperet, ferritq; pios sine semine partus.

Iste Auctor floruit duobus abhinc saeculis, & tamē nihil aliud dicit nisi relata: ergo non omnes Doctores antiqui sustinuerunt opinionem contrariam. Lib. est impress. Compluti 1534. in 8. & cum Comment. Valentini Odorici Utinensis Venetijs anno 1593. in 8. & alibi.

**A DAM** Anglicus, Auctor antiquus, in 3. lib. Sententiarum dist. 3. habet *Quæstionem de Immaculata Conceptione Virginis MARIAE*. Ita Andreas de Peruzinis in Analyti Concept. art. 2. folio 107. Fortè iste fuit Adam Godam impress. Parisijs 1512. in fol. qui floruit ad annum 1330. quem citant pro pia sententia Salazarius, Leon, Nieremberg. fol. 110. Sed cum istum adducant Adversarij pro sua opinione, & Raphaël de Pornasio transcribat hujus latissimam auctoritatem, & ego nihil hujus pro vel contra invenerim, quoisque de veritate constet, fides sit apud relatios Auctores.

**A DAM** (abliquo alio cognomine) fecit Sermones qui incipiunt: Fluminis impetus lætitiat civitatem Dei. Hic duo innuuntur, &c. ubi sic dicit: Est autem duplex tabernaculum quod sanctificavit Dominus in adventu suo, unum est B. Virgo, reliquum Ecclesia militans. Sic autem oportet Basilicam vel toram vel ex magna parte ædificari antequam dedicetur: unde Beata Virgo prius ædifica, poiesa dedicata est, &c.

Item, habet alium Serm. Benedicta inter mulieres, &c. Multæ matronæ ut Sara, Rebecca lucratæ sunt cum Domino, sed nulla præter B. Virginem evincere & obtinere potuit; ipsa vero præservando obtinuit. Sicut enim de tota massa parte, excipitur modicum massæ ut fiat fermentum, & ex illo modo fermento tota massa accessit & amarescit; sic Dominus accedit Beatam Virginem, & separavit & contulit plus gratie, quam unquam contulerit, vel collata fuerit alicui mulieri, &c. Iste Adam fuit Religiosus, ut appetat ex illis verbis: Amico suo Magistro Andrea Canonico Turonensi F. Adam charitatem de corde puro, &c. Extant manuscripti in Monasterio Marchianensi prope Tornacum in fol.

sol. Et licet Auctor fuerit ex antiquioribus, & liber à quadringetis annis scriptus, ut ex ipso constat, nihil aliud haber pro puritate Virginis nisi hinc posita. Unde non omnes antiqui sustinuerunt contrariam opinionem.

**A D A M** Dei-Patientia, Præmonstratenium Abbas, dedit rescriptum tenoris sequentis: Adam Dei-Patientia Præmonstratenium Abbas, & Abbatum ejusdem Ordinis Capitulum Generale dilecto in Christo Fratri. . . . Abbatii Imosterholen, totiq; Conventui ibidem salutem, & ordinationes in Domino salutares. Ad instantiam R. in Christo Patris, & Domini Chm. Venerabilis Episcopi Parisponensis concedimus, & præsentibus litteris indulgemus, ut in Ecclesia vestra diem Conceptionis Beatae MARIAE Virginis sub duplii Feste cum propria historia perpetuo celebretis, dummodo vobis, & ipsi Monasterio vestro de competenti consolatione per Fredericum ejusdem Domini Parisponensis Episcopi Notarium ordinetur. Datum Præmonstrati, an. Domini 1305. in Capitulo Generali. Extat in lib. Metropolis Salisburgen. tom. 3. fol. 45. Impress. Monachij 1620. in fol.

**A D A M** de Perfenia, Abbas Ordinis Cisterciensis natione Gallus, sermone de Annunt. loquens de Virgine sub metaphora Virgæ, inquit: Hac Virga forti forte armatum in pace atrium possidentem fortior illo superveniens Rex virtutum percussit, & attrivit, &c. dum qui scerent, & filerent in Virginie omnia. *Caro purissima ab omni contradictione corrupta & pura, mens gratissima ab omni perturbatione malitia.* Dum poenes Virginem agitur tale silentium, non silet Iermo omnipotens, &c. Si ab omni contradictione fuit caro & mens Virginis libera: igitur & a prima peccati originalis.

Item, sermone de Purificatione: Quid ergo purificari hanc credendum est purissimam Domini Matrem, cuius tam singularis & in partu, & post partum fuit puritas, ut totius puritatis nobis proferret Auctorem. &c. Ceterum non MARIA, sed nostra per MARIA purificatio facta est; quia dum sine omni peccato Dei Filium concept & peperit, nostras impuritates detectis, &c. Si tanta puritas fuit in MARIA, & absque omni peccato concept: igitur & ipsa semper munda. Vide Notam Patris Marraceij ad hæc verba, folio 189.

Item, sermone de Assumptione: Quam procul est incorrupta Matris Virginis integritas, ex qua Verbum caro efficitur! quam procul est altitudo humana naturæ ante peccatum! *Vnde in carne Verbi immunitas conservatur,* &c. Quam fortis fuit, quæ in corpore fragili posita, & in sæculo nequam adhuc peregrinans, amula puritatis Angelicæ, omne quod creatum est mentis sublimitate transcendent! &c. Illa immunitas conservata in carne Verbi, à quo originem habuit? nonne à MARIA? Igitur illa altitudo humana naturæ ante peccatum prius fuit in MARIA, ut conservaretur in Verbo; & si fuit amula puritatis Angelicæ, & in Angelis nullum fuit peccatum; igitur nec in MARIA: aliter enim non transcendenter omne peccatum, quia Adam & Eva creati fuerunt in justitia & innocentia originali.

Item, Fragmento 1. inquit: *Tota munda, tota candida, tota divini roris aspersione compluta,* &c.

Item, Fragmento 2. Quam recta est, quæ peccati macula neferrit! Quam levis est, quæ nullam duplicitatis rugam admittit! &c.

Item, Fragmento 3. super Magnificat, inquit: Scipio est, mansuetus, & sine nodo peccati Virginitas. Nec igitur queras nodum in stirpo. Alioquin, si in MARIA nodum criminis falso hominis invenisset, quomodo in ea, & per eam nodosam perplexitatem mundani criminis absolvisset?

Item, Fragmento 5. inquit: *Candorem illæsa ejus innocentiae trahamus in nos per munditiam conscientiae,* &c. Si ejus innocentia fuit illæsa, ergo ab initio Conceptionis Immaculata.

Item, Fragmento 7. vocat Virginem MARIAM gratiæ plenam, cuius vestigia fuerunt incontaminata, &c. Vide ejus verba apud Godefrid. Tilmannum in Allegorijs fol. 278. Lib. impress. Parisijs 1574 in 4. & in Operibus hujus Autoris impress. Romæ 1652. in 8.

**A D A M U S** Bawerius Lutzius, Vicarius SS. Germanis & Urlulæ, in libro salutationis Angelicæ multiplici precularum & hymnorum seruo coronato, continente variam proxim salutandi Deiparam, &c. fol. 11. ad illud: *Ave MARIA, Quid sine fine re peccati originalis, immunis ab eo at libera,* &c. Lib. impress. Colonie 1637. in 12. & in nostra Bibliotheca Virginis in tomo 1. fol. 31.

Item, §. 13. praxi 12. inquit *Ave Conceptionis Immaculata.* Primo Ave, idem est quod gaudet sola enim Virgo Deipara inter puros homines de sua Conceptione gaudere ac latrari merito potest. Quippe sola in hanc vitam singulari Dei privilegio ab originali labe immunis emerit, &c. Idem repetit infra. Vide ibi, & alibi.

**A D A M U S** Contrzen, Doctor Moguntinus Societatis Jesu, in libro: *Crudelitas*, & idolum Calvinistarum revelatum, seu Defensio trium librorum de Peccato D.D. Roberti Bellarmini contra Davidem Pareum Hæreticum, &c. folio 85. defendit eruditè illam propositionem Bellarmini: *Christus & Beata MARIA excipiuntur, fuerunt enim sine omni peccato,* &c. Ubi plura de hac materia. Lib. impress. Moguntia 1614. in 8.

Item, tomo 2. in Evang. in illud Lue 1. Invenisti gratiam, fol. 25. inquit contra Bezam hæreticum: *Nos B. Virginem in ipso Concepimus sanctificatam non possumus dicere gratiam quæsiisse, quam cum ipsa creatione nascitur non minus quam ipsam creationem,* &c. Lib. impress. Moguntia 1626. in folio.

**A D A M U S** Sasbout Delphus, Theologus Lovaniensis Ordinis Minorum, in Epistol. Pauli ad Romanos, cap. 5. fol. 287. ad illa verba: In quo omnes peccaverunt, inquit: Posteros ergo Adæ peccasse in Adam non est aliud, quam eos nascendo ex Adam accipere naturam vitiatam, & prima illa justitia destitutam in qua justitia fuit condita. Intelligere autem oportet quod dicitur: In quo omnes peccaverunt; sub hac, aut simili additionis formula, id est, quantum est ex ratione propagationis propter Divam Virginem, quam pè credimus non incurrisse hoc peccatum. De Christo vero Domino non est quæstio, &c. Impress. Colonie 1574. in fol.

**A D A M U S** Senior Scotus, Monachus Cisterciensis Monasterij Kinlossensis, in lib. Ad R. Patrem ac D.D. Robertum Reid Orchadum Praefulem Strenæ five Conclaves Capitulares, folio 175. de Conceptione Beatae Virginis MARIAE habet Conc. Capitularem. Thema: *Sanctificavit tabernaculum suum Altissimus, Psalm. 45.* Incipit: Frequens est parvæ, Fratres, &c. ubi latè agit de præservatione Virginis à peccato per totam Concionem, maximè

maxime vero fol. 178. dicens: Atqui sacrosancte Virgini ac Matri M A R I E illata esse injuriam atque contumeliam a nonnullis prisca etatis hominibus ex variorum Authorum lectione intelligimus; suo effrani calamo contendunt eam originalis culpe labem in suo Conceptu contraxisse. Nos vero, filii, qui per eam salutis & vita Autorem CHRISTUM Iesum suscepimus, ac in filiorum Dei adoptionem accepti ab exilio revocati sumus, qui regressum denique per eam in celum obtinuimus, debemusne Matris tam magnam & tantam ignominiam taciti & aequo animo ferre, praetertim cum tam Sancta & Immaculata dicatur & vere sit, ut de ea gratia plenitudo prædicetur? Nihilo tamen minus ipsi adversarij nostri quibusdam sacrarum litterarum sententijs, sic iij placet, innitentes, vel (ut melius dicam) abutentes, Martem Christi Domini astrenue conantur peccato originali in Conceptu obnoxiam fuisse. Aliunt enim ex Apostolo: Omnes in Adam peccaverunt & egent gloriâ Dei &c. non animadverterit Virginem Matrem ab hac peccati labe speciali gratia exemptam exceptamq; fuisse. Et profecto, si non exceptta fuisse, illi communis legi peccati subiaceret aliorum hominum more. Sed parumper audiamus, & quod verum est perquiramus. Primum in libro Genesis prædictum Deus serpenti &c. Et agit latè de inimicitu serpentis & mulieris, & prolequitur sic: At quonam paeto id recte Virginem Matri competere potest, si virulentum illius afflatum non omnino vasis, sed aliorum hominum more sensit? Quomodo (inguam) MARIAE id coaptare valeat, si pestifero à primis parentibus traducto culpa originalis veneno, non minus quam aliae mulieres contaminata est? Tum siquidem nullus inter eam & serpentem inimicitiarum locus extiusteret, si ejus vulnere more aliorum hominum percussa esset: nec serpens caput ipsa contrivisset, sed controversum à serpente fauicata, lœsa & contrita esset. Ipsa ergo MARIA sola speciali gratia prevenita, & à peccati originalis culpa præservata existit, eo quod prævia fuit & prædestinata, que esset Mater Immaculata, & dominus Dei, &c. quod probat latè multis Scripturæ locis per totam Concionem ac rationibus pulcherrimis usq; ad fol. 185. & ad finem salutationis habet hęc Carminat: (Auctor homo Christianus)

Virgo expersa neri, & primæ nescia tulpa,  
Quæ Dominum ancilla, & filia mixa patrem, &c.

Lib. impress. Parisijs 1558. in 4.

A D A M U S Tannerus, Societas Jesu Germanus, in tom. 2. Theologia Scholastica speculativa, disp. 4. de Peccatis quæst. 7. dub. 2. An peccatum primi parentis ad solos & omnes ejusdem posteros, adeoque etiam ad Beatam Virginem derivetur? An Beata Virgo concepta fuerit sine peccato originali, & qua ratione? cuius assertio 4. est: Beata Virgo Mater Dei nata & concepta est sine peccato originali, omnis proinde peccati expersa, &c. Quod latè probat, & tractat à col. 747. usque 757. Lib. impress. Ingolstadij 1626. in fol. & 1627.

Item, tom. 4. quæst. 1. disp. 2. dub. 1. de Conceptione Beata Virginis, ejusq; genealogia; & dubio 2. de Sanctificatione Beata Virginis, ejusdemque sanctitatis perfectione & excellentia, ubi plura invenies pro immunitate Virginis MARIE à peccato originali, à col. 505. usque 548. Impress. Ingolstadij 1628. in fol.

Item, tom. 1. disp. 3. de Providentia & Prædesti-

natione, quæst. 5. dub. 10. n. 7. col. 964. Quod Beata Virgo propter Christi merita fuit præservata à peccato originali: ceteri vero illud contraxerunt, &c. Lib. impress. Ingolstadij 1626. in fol.

A D A M U S de S. Viatorie seu Viatorinus, Canonicus Regularis Parisiensis, qui vixit ad an. 1150. in Prosa seu Hymno de Beata Virgine, inquit:

Salve Verbi sacra Parens,

Flos de spina, spinæ carens,

Flos spineti gloria.

Nos spinetum, nos peccati

Spinæ sumus eruentati,

Sed tu spinæ nescia.

Etin alia Prosa:

Ave Verbi summi Parens,

Ave rosa spinæ carens,

Per te vivit mundus arcens,

Per te datur ventus.

Ita Joannes Vitalis in suo Defensorio Ancil. 5. lib. 4. cap. 5. Et in alia Prosa habet hæc:

Tu fons roris, vena mellis

Tota dulcis, nullum felis

Habens seminarium.

Prosa istas pro Immaculata Conceptione latè explicat prædictus Vitalis loco allegato, Joan. Alanus Parisiensis, & alij. Vide Salazarium sæcul. 12. Serran. lib. 2. c. 25. num. 11. Leon in Biblioth. claf. 8. Joseph Stephanus de Roario fol. 453. Bivarum, Aguerum, Tamajum, & fere omnes qui scripserunt Tractatus integros de Conceptione. Iste ergo insignis Auctor antiquus hic vel alibi nihil habet contra.

A D A M U S Wernherus, Tmarenensis in Collegio studij Heildebergenis, licet scripserit contra Sebastianum Brant qui vocavit fautores opinionis contrariae Maculistas; ipse tamen fatetur Virginem fuisse absque originali culpa, dicens: Volo cum Scotizantibus purissimam Dei Genitricem ab omni originalis culpa macula singulatiter præservatam p̄cere &c. Et infra in Carminibus:

Sed nos hanc totam pulchram, maculisque carentem  
Et corde & lingua credimus & canimus.

Ille honor & candor quæ Virgo ab origine pollet,

Ut Domino placuit, inviolatus erit.

Impress. Heildebergi 1502. in 4. De hoc Auctore Wigandus Dialog. 3. contra Concep. in principio. A D O L P H U S Moguntinus Archiepiscopus, & Sacri Romani Imperij Archicancellarius, ac Princeps Elector, edidit rescriptum pro celebranda Festivitate Præsentationis B. Virginis, sicuti Festum Conceptionis B. V. MARIE. Incipit: Adolphus Dei gratia, &c. Ex speciali devotionis affectu, &c. Datum in civitate Moguntina die penultima mensis Augusti, anno Domini 1468.

A D O N I S Episcopus Trevirensis, ad Martyrolog. Usuardi & Joannis Molani, ad diem 8. Decemb. Concepio sacramenta Virginis MARIE Genitricis Dei Domini nostri IESV Christi videre est in libro impress. Lovanij 1573. in 8.

A E G I D I U S Abbas, scriptit Sermones de Sanctis, five de minoribus Solenitatibus; & incipit à Festa S. Stephani: Stephanus plenus gratia, &c. Et sermone 33. de Annuntiatione Dominicâ: Ave MARIA gratia plena, Dominus tecum. Aye, inquit: Non inconveniente illi Ave dicimus, quam ab omni re liberam esse didicimus; nec miseria tantum expertem, sed felicitatis, & felicitatis omnimoda participem pro certo scimus, &c. Extant manuscrip. in Bibliothec.

bliothece. Alnenſi characteribus antiquis in 4. **ÆGIDIUS** de Campis, Doctor Parisiensis, delegatus fuit ad Sedem Apostolicam, cùm effet Avignonie, contra Joannem de Montefono *pro mysterio Immaculatae Conceptionis Virginis MARIE*. Ita Henr. Spondan. tom. 2. ad an. 1387. num. 7.

**ÆGIDIUS** Carlerius, Doctor antiquus, Decanus & Canonicus Cameracen. qui vixit circa an. 1417. super 3. Sentent. proponit quæſtione: Incipit primum dubium, utrum B. Virgo fuerit immunis ab originali peccato in Cōceptione & post Cōceptionem? pro determinatione dubitatio- nis considerandum, quod in hac materia proble- ma surgit non ex defectu, sed ex fortitudine ac multitudine rationum, &c. Ut autem vitetur aequi- vocatio de Cōceptione, conceptio etiā posset tri- bus modis dici: Primo pro ministratiōne mate- riæ prolis concipiendæ, quæ est ſeminum com- mixtio. Secundo pro configuratione & organi- zatione membrorum, quam facit virtus formati- va, quæ eft in gutta patris ut artifex, ſicut dicit A- ristoteles. Tertiō pro infusione animæ in corpus organizatum, in quo jam recipitur anima ut ani- ma, non tamen ut artifex, imo non ut artifex. Quamvis etiam de qualibet conceptione posset formari dubitatio, magis tamen pondus dubij eft de tertia Cōceptione, quæ dicitur animatio, ſi ante eam caro Virginis fuerit sanctificata, &c. Deinde adducit argumenta pro parte affirmativa, quod habuit originale. Deinde pro parte nega- tiva; ac tandem reſolvit ſic: Dico igitur cum ultima opinione ad dubium primò, quod V. MARIA immuniſ fuit ab omni peccato actuali & originali. Dico ſecundò, quod ipſa fuit concepta ſine originali, &c. quod probat late. Extat manuler. in Collegio Navarræ in fol. & charta pellicea.

Item, idem in libro dicto: Spots fragmentorum, in Tractatu contra quendam blasphemum aduersus Virginem Matrem Christi, ad instantiam Domini Inquisitoris hereticę pravitatis: *Quod Virgo MARIA nunquam etiam per momentum ſubiecta peccato originali vel actuali.* Quod probat ex Concilio Baſileensi, S. Augustino, Anſelmo & aliis. Lib. imprefſ. Bruxellis, anno 1479. in folio.

**ÆGIDIUS** Chybault vel Thybault, Societatis Iesu Belga, in Thesibus de Peccatis, publicè ha- bitis die 24. Novemb. 1654. hæc adſtruit: *Beata Virgo ab omni proſuſ peccato etiam originali ſemper, etiam in primo Cōceptionis instanti immuniſ fuit.* Contraria etiam privatim afferere, ſine ſpeciali Pon- tificis venia, nefas. Ex feſto Cōceptionis effica- citer probatur Cōceptionem fuſſe Immaculata, ſicut D. Bernardus & D. Thomas ex feſto Nativitatis certò colligunt eam fuſſe Immaculata. Nunc itaque ſi viverent, nulla ratione dubi- tarent, quin Beata Virgo fuerit concepta ſine ori- ginali. *Veriſimilius videtur, eam nequidem debitum il- lud contrabendi habuisse.* Et idem defendit die 20. & 21. Julii 1655. & die 30. Junii 1654. Et in Thesibus habitis die 11. Julii anno 1656. inquit: *Beata Virgo ab originali ſemper immuniſ fuit;* idque etiam D. Thomam afferuisse conſtat, non item negaffe. Dicere eum, finunc viveret, indubitanter afferru- tum Cōceptionem paſſivam Deiparæ fuſſe Im- maculatam, non magis ſtrivolum eft, aut ſine fun- damento conjecturare, quām ſit dicere eum co- hærentia docturum. Festum Cōceptionis ab Ec- cleſia celebrari ſub titulo Cōceptionis Immacu-

latæ, &c. Et eadē defendit anno 1659. mense Julii. Imprefſ. Lovaniij in 4.

**ÆGIDIUS** Cuallart vel Zuallart, Ordinis Mi- norum Belga, in Canticō ad Christianos devotos, ſic inquit Gallice :

*La guide de vos pas la Vierge tres-pure  
Concène ſans peché, de l'origine l'ordre.  
ut videre eſt in principio libri dicti: Petite gui-  
de des dévots à la Concepcion Immaculée. Lib.  
impreſſ. Namurci 1641. in 8.*

**ÆGIDIUS** Delphus, Doctor Parisiensis Gallus, scriptor Defensorium contra librum Vincentii de Castro-Novo *pro Immaculata V. MARIE Conceptione.* Quod manuſ. extabat in Bibliotheca S. Francisci Fratrum Recollectorum Colonienſium in Conventu ad Olivas, ut retulit R. P. Jacobus Polius Ordinis Chronologus in Annotatione pro illa Provincia, fol. 115. Cujus hæc ſunt verba: Affer- vatur itidem contra Immaculata Conceptionem D. Virginis Vincentii de Castro-Novo Dominicani Tractatus ad Herculem Ferrariensem Du- cem in 4. imprefſus, in cuius fine ſunt rationes Magistri Bartholomæ Feltrenſis Minoritæ pro Immaculata Conceptione, atq; manuſcripta de- fenſio Magistri Ægidii Delphi Professoris Par- iſiensis contra prædictum Vicentium affixa anno 1483. pridie Nonas Septembriſ. Sixtus IV. Papa Vincentii prædicti librum reprobauit, ann. 1486.

3. Martii. Universitas Parisiensis pro Immaculata Conceptione Decretum tulit anno 1499. die ultima Novembriſ. Universitas Colonienſis Decre- tum tulit. Hucusque ſunt verba prædicti Polii. **ÆGIDIUS** Eschesiel vel Schesiel, Ordinis Mi- norum Austriacus, edidit Librum ſub hoc titulo: *Mysterium præſervationis ſine macula conceptæ De Genitricis B. Virginis MARIE* oſtentum, declaratum, & piis exercitiis precibulq; accommodatum, quatenus cliens ejus devotus mereatur à mala morte præſervari, & immaculatum ſe cuſtodire in hoc ſeculo. Imprefſ. Austria, anno 1656. in 12. Haberetur ſequentia exercitia: 1. pro die Domini- nica, Electa ut Sol. 2. pro die Lunæ, Pulchra ut Luna. 3. pro die Martis, Sicut lilium inter spinas. 4. pro die Mercurii, Speculum ſine macula. 5. pro die Jovis, Hortus conclusus. 6. pro die Veneris, Fons signatus. 7. pro die Sabbati, Spiritus Sanctus ſuperveniet in te. Quæ omnia accommodat Im- maculata Conceptioni.

**ÆGIDIUS** Fuscarius, Ordinis Prædicatorum, & Sacri Palatii Magister, relatus à R. P. Vincentio Justiniano Antift ejusdem Ordinis, scriptor pro Im- maculata Virginis Conceptione. Ita etiam Andreas de Peruzzinis in Analyſi Immaculata Conceptionis artic. 2. fol. 63. Euseb. Nieremb. in lib. Exception. cap. 23. fol. 356. & alii quamplurimi.

**ÆGIDIUS** Gelenius Germanus, in lib. de admiranda, ſacra & civili magnitudine Colonie Claudio Agrippinensis Auguſte Uborum urbis, &c. Syntagma 83. folio 599. de Monasterio B. MARIE Virginis ſine macula conceptæ. Virginum Tertiæ Regulæ S. Francisci, vulgo Conventus Laudis, &c. & dicit fuſſe fundatum Monasterium anno 1629. Lib. imprefſ. Colonia 1645. in 4. regali.

**ÆGIDIUS** Gottardus, Ordinis Sancti Auguſtini Italus, traduxit Italicè Concionem de Conceptione Virginis R.P. Petri de Valderrama. Venetiis 1609. in 4. ubi plura invenies pro eius præſervatione & peccato originali.

ÆGI-

ÆGIDIUS Lopez Lucenilla, Poëta Hispanus, edidit librum sùb hoc titulo : Relacion de la Fiesta que la Confradía de Nuestra Señora de la Concepcion hizo à su soberana Imagen en la Eglésia del Convento de Regina à la de San Francifco de Sevilla, &c. Verlu Hispanico impress. Hispal. an. 1616. in 4.

ÆGIDIUS à Præsentatione Ordinis S. Augustini Hispanus, de *Immaculata Virginis Conceptione ab omni originali peccato immuniti*, libros 4. in uno tomo insigni, cuius præcipua controversia, ac quæstiones sunt : quid sit sanctificatio ? quid sit peccare in Adam ? quomodo intelligendum, omnes in Adam peccaverunt ? de debito Virginis in Adam : de ejus præservatione à macula ; & de hoc agit latissimè : de hujus controversia diffinibilitate : de redēptione Beatissima Virginis : de extinctione somnis : an habuerit in primo Conceptionis instanti usum liberi arbitrii ac denique de nonnullis alijs privilegiis ipsi collatis in prima sanctificatione ; tangitque incidenter alia plura scitu dignissima, lib. impress. Conimbra 1617. in fol. Ita exhaustus Auctor iste insignis materiam Immaculatae Conceptionis in præallegato tomo, ut in tribus alijs de Beatitudine impress. Conimb. 1615. in fol. nec verbum habeat.

ÆGIDIUS Schieffel Ordinis Minorum Germanus, laboravit *Manuale Archiconfraternitatis Immaculatae Conceptionis Déiparae Virginis MARIAE*. Vienne in Austria impress. 1642. in 12.

ÆGIDIUS Toparius Doctor Flander, in Concionibus Evangeliorum, & Epistolarum, que in præcipuis, & alijs totius anni Festis diebus populo in Ecclesiis proponi solent, è talibus Divi Laurentii à Villavincencio Xeresano elaboratis, &c. fol. 13. in feriis Conceptionis Beatae MARIAE semper Virginis, Epistola, & Evangelium querantur in Fijo Nativitatis ejusdem. lib. impress. Parisiis 1566. in 8. lege Sermones Beatae Virginis hujus Auctoris, & invenies plura pro immunitate Deiparae ab omni peccato.

Item, in parte Hyemali, fol. 25. in feriis Conceptionis Beatae Virginis MARIAE, Sermo incipit : Pericope illa. Liber est impressus Antuerpiæ 1568. in 8.

ÆLIUS Antonius Nebrisensis Doctor Hispanus, edi curavit Thalichristiam D. Alvari Gomez, ubi fol. 45. habet expressè præservationem Virginis MARIAE à peccato originali. Immò istius Auctoris exposito esse notam marginalem, quæ sic se habet : *Excipitur Conceptionis Beatae MARIAE à communi lege, propter finem, qui erat Incarnatio Dei.* lib. impres. Compluti 1525. in 4.

Item, in commento Paschalis Sedulii interpretatur illa *Carmina* lib. 2. in principio :

*Et velut è spinis mollis rosa surgit acutis  
Nil quod ledat habens, matremq. obscurat honore,  
Sic Enæ de stirpe sacra veniente MARIA, &c.*

Quæ secundum omnes Doctores de Immaculata Virginis Conceptione debent intelligi. Libro impress. Granata anno 1553. in 4. Vide Cœlium Sedulium.

ÆNEAS Silvius Piccolomineus Cardinalis Sanctæ Sabinae, postea Pius Papa II. interfuit Concilio Baffensi, in quo fuit factum illud celebre *Decretum pro Immaculata Virginis MARIAE Conceptione*, ut refert Christophorus a Vega in *Theolog. Marian. Palest.* 3. certam. 10. num. 321. fol. 96. & constat ex ejus libro.

AGAPETUS Dalmata Ordinis Minorum edit Tractatum de *Immaculata Virginis Conceptione*, secundum Antronium Dazam in Opere de Conceptione cap. 6. fol. 48. Ojeda fol. 62. à tergo.

AGENTES Curie Romane in causa Immaculatae Conceptionis, pro eadem *Immaculata Conceptione ad Sacram Casareamq. Majestatem Philippi Quarri Hispaniarum Regis memoriale seu informe*, impressum in 4. absque loto impressionis cum Imagine Immaculatae Conceptionis.

AGNELLUS à Neapoli Ordinis Minorum, edit pulchras conclusiones cum Imagine Immaculatae Conceptionis, & hac inscriptione : *Tota pulchra, & devota, Virgo Mater es Aurora, Luna sine macula*, impress. Neap. 1646. in charta expansa.

AGOBARDUS Lugdunensis Episcopus, qui vulgariter vocatur S. Agobo, Sermone de Trinitate, inquit. Misit Filium suum Dominum, Verbum ut caro fieret, id est homo verus, & habitaret in nobis, id est in humanitate perfecta, quam sumpsit pro nobis, ex nobis, id est, ex sancta Virgine, ad hoc preparata &c. Extat Tom. 9. B.V.P.P. part. 2. fol. 670. Ut Christus Dominus recipere humanitatem perfectam, fuit MARIA preparata, & custodita, ergo, ex quo cœpit humanitas in Virgine MARIA, à qua Verbum suam humanitatem assumpturus erat, fuit Deipara preparata atq. custodita, ac per consequens à primo instanti suæ Conceptionis, et si ab isto preparata & custodita à Deo, à culpa & macula non fuit possessa.

AGUILARUS de Terrones Doctor Hispanus, in Serm. funerali D. Catharinae Infantissæ, ac Ducessæ Sabaudiae, impress. à D. Barrionovo de Peralta, fol. 8. inquit : No ay regla tan general, ni tan sin exempcio en quantas Dios ha puesto, como aquella : Statutum est omnibus hominibus semel mori. Regla general es : Deum nemo vidit unquam, à Dios na die le vio in carne mortal, y con todo ay Santos que disen, que Moysen, y S. Pablo le vieron en esta vida. Regla general es : Omnes nascuntur filii iræ. Todos nacemos en pecado, y se sacan el Bautista, y Geremias, que nacieron santificados. Regla general es : Que todos inturrimos en el pecado original exceptuase la Virgen. Regla general es : Que en el infierno no ay redención ; y dice San Juan Damasceno, que Traxano, despues de estar alla salio, &c. Serm. impress. absq; anno, & loco, quia deerat primum folium, extat tamén apud R.P. Christophorum Nuñez tomo 6. fol. 162. & in lib. impress. Matriti 1601. fol. 282. à Joanne Iniguez de Lequeria in 4. cum aliis.

ALANUS Coetus Brito Gallus, Sanctæ Romæ Ecclesiæ Cardinalis, dum esset Archiepiscopus Avenionensis, & Sedis Apostolica Legatus in Concilio Provinciali celebrato in Ecclesia Avenionensi Anno Domini 1457. cum aliis duodecim Episcopis editid statutum circa Immaculatam Virginis Conceptionem tenoris sequentis. *Decretum in Concilio Basilensi factum de Conceptione Beatissima Virginis MARIAE statutum inviolabilitati observari, &c.* Vide verb. Petrus de Fuxo, Purpuram Marian. fol. 8. Armament. nostrum column. 45. in Regesto. & Nodum fol. 551. & 576.

ALANUS Insulensis Gallo-Flander, Doctor Universalis nuncupatus, Monachus Cisterciensis, in libro dicto : Anticlaudianus, libro 5. capite 9. folio 102. de Beata Virgine MARIA loquens, inquit :

Hæc est stella maris, vita via, porta salutis, &c.  
Nescia spinei florens Rosa, nescia culpa.  
Gratia, fons expers limi, lux nubila pellens, &c.  
Lib. impress. Basileæ 1536. in 8. extant eriam hæc,  
& alia verba in nostra Bibliothec. Virgin. tom. 3.  
fol. 581. vide ibi.

Item, in expositione super Cantic. Cantic. cap.  
4. inquit: Tota pulchra es, id est, in corpore, &  
anima, amica mea per gratiam, & per opera; &  
macula non est in te, venialis, & criminalis. Quia  
nullum credimus in Virginem, ante, & post Conceptionem  
fuisse peccatum, &c.

Item, cap. 6. inquit: pulchra ut luna, immo  
plusquam Luna, quia Luna aliquando deficit, ista  
semper proficit; Luna decrevit, ista semper cre-  
vit. Luna aliquam in se habet maculam, sicut nullus video  
electa ut Sol, &c. Primo revertere à captivitate  
mundi, quia captivitati mundi non debes subiecti,  
per quam captivi à captivitate sua sunt soluti. Se-  
condo revertere ab onere, sive corruptione car-  
nis, qui a sicut immunis à corruptione peccati, sic ad im-  
mortalitatem transire debes, ablocta mortalitate  
per gratiam Dei, &c. Lib. impress. Parisiis, 1512.  
in 12. & in nostra Biblioth. tom. 3. fol. 553. Hic  
enim Auctor est, qui citatur à Martino del Rio in  
Canticis, & ab Antonio Velazquez, fol. 410.

**A**LANUS Magnus in sententiis suis num. 11. sic  
inquit: Non solum in Christo fuit perfecta, &  
plena circumcisio, id est, circumcisio circumcisio,  
sed & circumcisio circumcidens: Circumcidit enim  
Conceptionem Matris à culpa, partum à pena &c. & ad  
marginem habet: Beata MARIA Concepta fuit sine  
culpa. Lib. impress. Antwerpia 1654, in fol.

Item, num. 31. inquit: Hæc est quasi plantatio  
Rosa in Jericho. Rosa in Jericho plantata oritur  
pulchrior, redolet fragrantior, majori rubore ves-  
titur, diutius sua pulchritudine coloratur. Cum ergo  
Jericho interpretatur defectus, Beata Virgo quasi quedam  
Rosa in defectu humanae naturæ plantata est, &c. De hoc  
Alano, & auctoritatibus, vide Joannem Euseb. in  
lib. Dissertat. Epif. 18. fol. 321. & in Sacro Syll. 5. 7.  
Nescio, an sit idem cum Alano Insulensi.

**A**LANUS Parisiensis Doctor, scripsit Defensorium  
pro Immaculata Virginis MARIE Conceptione: quod  
in libros, atque collationes diversas distribuit; in  
quo latè sat, & eruditè agit de hoc mysterio ali-  
qua intermittens poëmata, & incipit: Temporis  
in motu. Ad finem vero, inquit: De inventis in hoc  
defensorio tuo, sanè dictis, multas grates Se-  
renissima Virgo Mater, de omisis peto veniam;  
examini cuncta Sanctæ Romanae Ecclesiæ sub-  
mittens, almæque Universitatis Parisiensis matris  
meæ. Datum Parisiis anno Domini M. CCC. XCII.  
In Festo Sanctorum Simonis & Judæ. Exstar manu-  
scriptum apud nos antiquis characteribus Gallis  
in 4. habetque fol. 174. In multis, immo ferè in om-  
nibus coincidit cum defensorio Joannis Vitalis,  
de quo infra.

**A**LANUS de Rupe Ordinis Prædicatorum in  
lib. Psalterio, seu Rosario Christi ac MARIE, ejus-  
demq; fraternitate à R.P. Fr. Joanne Andrea Cop-  
penstein in lucem edito fol. 36. inquit. Christus  
quidem Deus homo factus, MARIA autem Deipara  
Virgo facta fuit, quibus maius facere Deus ne-  
quit &c. Ave, quia sine va; fructus est liberari à va; pe-  
ccati &c. In quibus verbis indicat Virginem MARIAM  
liberatam fuisse à va; peccati, & hoc etiam de ori-  
ginali debet intelligi, immo præcipue de illo.

Item part. 2. cap. 5. fol. 110. Sic introducit Vir-  
ginem MARIAM loquentem, ac dicentem: Impe-  
travi tibi, o Sponse, omnium peccatorum quanti-  
cumque gravium remissionem, nec in reatu pec-  
cati morieris, sed si offendieris, in mundo hoc puni-  
eris, quia misericordia salutis per Ave, quia sine va; &c.  
si ergo Virgo MARIA contraxisset peccatum origi-  
nale, non poterat dici absoluere & simpliciter sine  
va.

Item infra cap. 6. fol. 118. inquit: Cogitanti  
Sponso quomodo possent illa esse vera idæ, &  
imaginata; Domina respondit: tripliciter esse vera  
possunt, primùm ratione ostendo, nam Sanctissima  
Trinitas est ubique per essentiam, potentiam, &  
præsentiam, & ideo est, & in qualibet imagine  
creata, præterit in idæ S. MARIE, quae ab æterni  
fuit in mente divina concepta, &c. Deoq; despontata fuit,  
&c. Hoc etiam videretur indicare, quod ab ipso pec-  
cato originali fuerit concepta.

Item cap. 9. de monarchicæ misericordie con-  
flictu cum justitia fol. 133. inquit. Quare tu maledi-  
ctio cede, succede mea benedictio in Regnum. Ave, quod e  
sine va; &c. Regnum Ave MARIA est, in quo nullum  
fuit va; peccati vel maculae, &c.

Item cap. 24. fol. 275. inquit. Nam Ave secundum  
Augustinum, dicitur, quasi sine va; maledictionis vel  
culpa, in quo innocentia declaratur præclaræ MARIE &c.  
Amansima autem Virgo MARIA gloriofa, secun-  
dum Anselmum est illa, quæ tanta puritate debuit  
nitere, quæ major sub Deo nequit inveniri, vnde  
in Cantico: Tota pulchra es amica mea, &  
macula non est in te &c. Hæc expressa videretur au-  
toritas pro immunitate Virginis.

Item infra fol. 280. inquit. Tertia laus Theolo-  
giæ, o clarissimi Rectores, & Doctores hujus Almae  
facultatis, & stellæ præfulgentis est, quod in tem-  
distinctione æterni ex sanctificatione grata Virgini  
MARIE & Christi docet totum mundum offerre  
Virginis gratiosa tertium lapidem tertie lapisodi-  
nae rupis salutationis Angelicæ, secundum pre-  
ciosissimam Margaritam, cum dicitur gratia, cuius  
argumentum est: quia secundum Isidorum Margarita  
est lapis candidus in concha marina ex ror-  
œœli genitus sine admixtione cujuscunq; feminis  
propagationis contra plurimas valens infirmi-  
tates, & fulminibus, & tonitruis opposita. Nam  
concha fulmine tacta aborsum patitur, vel à toni-  
tru læsa, lapidem imperfectum generat. &c. Igitur  
Virgo MARIA neque à fulgere, neque à toni-  
tru peccati aliquid passa fuit. Deinde agit de  
sanctificatione Virginis, & Christi.

Item infra fol. 195. & 305. ex diversis Patribus  
affirmat: Quod MARIA continuit caput serpenti antiqui  
in omni genere peccati &c. Vide ibi, & fol. 341. inquit.  
Cadebat ea tentatio in egregium pia; Virginis  
proventum, cumulumque meritorum; tanto namq;  
sollicitius suum illa receptum ad Deum, Mar-  
que Dei, quæ serpente infesti contrivit caput, requirebat,  
& ab omni peccandi licentia refugiens, &c. In om-  
nibus supradictis pro pia sententia videretur mili-  
tare Alanus, & quando hoc non, saltum non est  
contra illam.

Item cap. 32. fol. 414. Decal. num. 9. inquit.  
Amabilissimus, qui te in Matrem suam dignissimam  
ab aeterno prelegit, & sponsam, Conceptionemque tuam,  
ac sanctam nativitatem Parentibus tuis per Angelum  
præannuntiavit, & vita seriem &c. Hic absque ulla  
controversia loquitur de Conceptione passua Vir-  
ginis.

ginis. Hæc omnia lotis citatis reperies in Alano redivivo, lib. impress. Colonia 1624. in 8.  
**ALANUS** Varenius Montalvanus, patria Tolosanus, in sermonibus panegyricis de Beatissima Virgine MARIA serm. 1. ad illa verba: Tota pulchra es amica mea, inquit: Vere tota pulchra, in qua nulla unquam sibi locum vendicavit macula, nullum irrepit antiqui serpentis virus, nec injuria; siquidem alii contracta labe infecti, ipsa una Immaculata permanans nec indiguit Redemptorem, quæ tanto honorata est Præservatorem. Majoris quippe virtutis est servare ne cadas, quam post casum, quemcumque lapsum erigere. Utrumque autem divini muneris est, non humani, sed alterum altero majus. Alterum divinæ magis adscribendū parenti, quæ nulli potuit obnoxia esse odio, nulli sui Filij indignationi, ut quam, nihil antiquius habens, & ante partum, & post partum incomparabili censuit honore. Nec tam infixa carni lex fuit, quin ab illa fuerit propter venerandum Matri munus, liberatio: Quomodo enim talis, & tanta Virgo, & Mater tota pulchra est, si ab originali peccato non fuit innamis? aut quomodo dealbata, innixa super dilectionum suum, si non penitus innixa est, ut ille purissimus, & omni labe superior, non fuerit ipsa purissima? lib. impress. Parisijs 1513. in 4. extat etiam in nostra Biblioth. Virg. tom. 3. à fol. 509. lego alios sermones, præcipue 4.

Item, in sua expositione in Cantica Canticorum sparsim per totum librum agit de puritate Virginis MARIE, ac ejus immunitatè à peccato originali, &c. Liber est impressus in 4. & vidimus illum in Bibliotheca PP. Augustinianorum Tolosæ in Gallia;  
**ALARDO** Amsterlodamus, sive Adeiardus Belga in libro: Similitudines, sive locutiones ex Biblicali sacris, & veterum orthodoxorum commentariis &c. fol. 261. ex D. Bernardo, & aliis, Vocat Virginem MARIA inviolatam, integram, cuius pulchritudo non videt corruptionem &c. lib. impress. Lugduni 1543. in 8. Auctor iste antiquus est, & licet loquatur in sententia antiquorum Patrum, solum habet relata, & pro sententia contraria nihil; unde etiam deducitur, quod non omnes antiqui sustinuerunt minus piam opinionem.

**ALARDO** Gazeus Vedestinus Abbas, Ordinis Sancti Benedicti, in commentariis supra Collationes Joannis Cassiani, ad Collationem 22. cap. 13. fol. 825. ait: Quod solus Christus, & Beata Virgo MARIA fuerunt impeccables; Deipara ex singulari Dei privilegio per omnem vitam ab omni peccato libera, atque immunitus existit. Hæc expressa auctoritas est.

Item ad Collationem 23. cap. 8. Quod Beata Virgo MARIA exempta fuit ex speciali gratia, & singulari beneficio ab omni peccato, & sic communia, & præservata. Et hoc haber alia.

Item ad Collationem 23. capite 19. Quod Beata Virgo MARIA excipitur a generalibus sententiis scripture, que negant hominem vivere sine peccato. lib. est impressus Atrebatii 1628. in fol.

Item, idem in Officio Beatae MARIE Virginis, fol. 91. De officio Immaculatae Conceptionis Virginis MARIE, & quomodo institutum fuerit, &c. impressum Antwerpia 1622. in 8.

**ALBERICUS**, Juris, utriusque Doctor natione N. adducit auctoritatem S. Augustini pro Immaculata Virginis Conceptione, ut videre est in suo Dictionario littera A. fol. 7. quem eitant D. Franciscus de la Cueva in Informatione juris pro Imma-

culata Conceptione MARIE Virginis, fol. 14. & Joannes Antonius Velazquez lib. 4. de MARIA Immaculata Concepta, Dissert. 1. annot. 1. fol. 308. cum autem iste sit antiquus scriptor, saltem non est pro opinione contraria.

**ALBERICUS** de Ronghe sacra Theologiae Baccalaureus Belga in libro: Favus distillatus, sive è Sancti Bernardi mellifluentiæ Doctoris operibus de prompta preces &c. fol. 43. in salutatione ad B. Virginem MARIAM: Tota pulchra es, & sine macula, peregrini nibil habens coloris admixtum. Veni de Libano, quia plenè tota, veni de Libano ex-toro illustrata, veni de Libano tarens culpa &c. ac prosequitur sic lib. impress. Antwerpia 1657. in 16.

Item, idem in libro: Dulcedo mellis, sive attributa divina pijs affectibus illustrata &c. fol. 256. inquit: tu ergo pulchra es ut luna, immo pulchrior lunæ, quia tota pulchra es, & macula non est in te, nec vicissitudinis obumbratio &c. à fol. 262. o gloriosa Virgo MARIA Filij Dei Mater Immaculata, carnis & stellæ purior, tota, pulchra & sine peccati macula &c. lib. impress. Antwerpia 1661. in 16.

**ABERONIUS**, Leodiensis Episcopus, ac Princeps, ad annum 1142. in remedium magnorum malorum institutus in sua Diœcesi, festum Immaculatae Conceptionis Virginis MARIE, ex quadam revelatione. Vide infra, verba Eusebius de Bois.

**ALBERTUS** Austriacus Archidux Austriae, & Belgarij Princeps, nec non S. R. E. Cardinalis scriptit ad Paulum V. Pont. Max. pro ultima diffinitione mysterij Immaculatae Conceptionis Virginis MARIE, Epistolam satis piam, & devotione plenam ad diem 6. Decembris 1618. Vide Hippolytum Maracciun in Principibus Marianis, & in purpura Marianâ, fol. 11. & nostrum tomum a. Arrianenarii Seraph. & Wadding. & alios.

**ALBERTUS** Bontius Ordinis Minorum Flander, in Conventu Duacensi die 26. Januarij 1659. sub R.P. Francisco Ronset, defendit Virginem non traxisse peccatum originale; & quod titulus Immaculata non solum Virginis MARIE, sed ipsius Conceptionis tribui potest, fuerunt impress. Duaci eodem anno in charta expansa.

**ALBERTUS** de las Casas Ordinis Prædicatorum Generalis Hispanus, cum toto Capitulo Provinciali Andalucia ad ann. 1523. pro mysterio Immaculatae Conceptionis Virginis MARIE stetit, ut refert Euseb. Nierem. in lib. Exception. cap. 23. s. 1. fol. 355. & fol. 359. & alii.

**ALBERTUS** à Gayo Ordinis Prædicatorum scriptit pro Immaculata Conceptione Virginis MARIE teste Franc. Maria à Pistoja in Corona 2. cap. 5. fol. 161. num. 77. Quis autem fuerit auctor iste, in cognitionem est, nec Nomenelatores de ipso mentionem faciunt, quare veritas sit apud Auctorem.

**ALBERTUS** Marches de Cottignolo Romanus, diolus Ordinis Minorum, Italus, in Cœliloquio Morali lib. 5. Cœliloq. 17. de polo articulo, qui est stella maris, inquit: MARIA Virgo dicitur stella maris, id est polus articulus; & quod dicatur stella, patet, quia sicut stella qualibet, cum de natura sua, secundum Dionysium, sit opaca, tamen statim cum fuit creata, fuit à sole illuminata; sic Beata Virgo MARIA licet ex modo sua generationis fuerit nata opaca obscuritate peccati originalis, quantum erat ex se: ramen in eodem instanti in quo in utero sue matris fuit concepta, à Sole Iustitia mediante gratia præveniente fuit sanctificata. Ut pro ipsa ad litteram

litteram intelligitur illa prophetia Num. 24. Oritur stella ex Jacob; sicut enim stella fuit facta a Deo sine macula, ita Virgo MARIA fuit Concepta, & nata sine macula originalis peccati, &c.

Item, lib. 6. cap. 48. quod Sol significet Virginem MARIAM, inquit: Sol habet nobilitatem in ortu, oritur enim ex alto, & cum multo splendore, sic Beata Virgo orta est ex alta progenie; quia scilicet ex regali stirpe, & concepta, & nata cum sanctitatis splendore, &c. Sed ipsa pulchra fuit intus per puritatem, quia sine peccato etiam originali Concepta, &c. Libr. impress. Bononiae 1529. in 4. & in nostra Biblioth. tom. 3. fol. 8. Vide alia ibi, nam plura adducit sparsim pro hoc mysterio.

**A L B E R T U S** Novicampianus in lib. dicto: Scopus Biblicalis veteris, ac novi Testamenti cum annotationibus summam doctrinæ Christianæ complectentibus, titulo de justificatione, f. 249. ait: At, inquiet quispiam si lex possibilis per gratiam, ostende ergo hominem, qui gloriari possit, se in hac vita, quando caro concupiscit adversus spiritum, perfectè legem implere, sive sine peccato esse. Is responsum habeat, hæc duo non pugnare, nempe non inveniri hominem in hac vita sine peccato, & tamen fieri posse per adjutorium gratiae Dei, ut inveniri possit quis sine peccato, quod Ecclesia in Virgine Matre usquevenisse, afflere non dubitavit, &c. lib. impress. Antwerpiae 1572. in 12. & in Indice citatis hunc locum, dicit: MARIA Virgo sine peccato concepta est. Vide Joannem Berkelacrem Antuerpiensem.

**A L B E R T U S** Patavinus Ordinis Eremitarum Sancti Augustini Italus, quia adducitur ab Adversariis pro sua opinione, de quo in SOLE VERITATIS, refero hic quia in ipso invenire potui pro nostra sententia. In Sermonario impress. Venetiis, cuius exordium prologi est. Domine Deus, ecce nescio loqui, quia puer ego sum &c. Et primus Sermo incipit, Erunt signa in Sole & Luna &c. ad natalia Principum celebranda, consuevit antiquitus se quilibet preparare &c. & feria 4. quatuor temporum Adventus, cuius Evangelium est: Missus est Angelus Gabriel, cum alicui Principi aliqua sponsa tradenda est &c. inquit: describitur itaque in Salutatione Angelica Virginis multiplicititer privilegium. Primo enim tangit gratia plenitudinem, Ave. Hic mutatum est nomen Eva, & res, quia ipsa fuit plena vx, sed illa fuit sine aliquo va, ab a, quod est sine, & va. Gratia plena, verè plena, & semper plena, quia dicit Hieronymus: ceteris per partes in MARIAM vero tota se insidit gratia plenitudo. Sicut enim in Sole Deus posuit omnes virtutes aliorum syderum, ita in MARIA omnem gratiam aliorum Sanctorum. Deinde tangit Angelus circa eam divinum consortium: Dominus tecum. Cum omnibus Sanctis est Dominus, & tamen cum Virgine excellentissime erat, cum qua nullus homo, nec humani generis inimicus erat: tanto amplius tecum erit Deus, quanto extra partum & semine creatura fueris prior. Lib. impress. Venetiis 1476. in fol.

Item infra: deinde, quia videbat Angelus Virginem cogitantem de salutatione, ideo eandem explicat salutationem, annuntians cum hoc verbo conceptum, dicit ergo, non mireris si dixi, gratia plena, invenisti enim gratiam apud Deum. Nota, quia invenit Virgo apud Deum gratiam plenariae sanctificationis, quia ante fuit sancta, quam nata, ut dicit S. Bernardus, &c.

Item, habet sermonem de Purificatione, qui incipit: Postquam impleti sunt &c. Vidimus, quod si aliquis indignus &c. Et sermonis primam partem incipit sic: Festum Purificationis Virginis antiquitus non fiebat, tempore autem Iustiniiani Augusti apud Constantinopolim facta est mortalitas magna hominum: cumque plaga invaleaseret, nec ullum remedium posset reperiri, revelatum est eidem sancto viro, ut quartu nonas Februarii Purificatio B. Virginis, & hypapanti Domini celebraret, & sic cessaret pestilentia in hominibus, quam festivitatem dum fideles celebrarent, omnis mortalitas cessavit, &c. In hoc ergo sermone sic inquit: Et dicendum, quod in rei veritate B. Virgo non indigebat purificari, ipsa enim est de qua dicitur Cant. 4. Tota pulchra es amica mea &c. Pariendo enim Christum nullam contraxit maculam, sed omnem decorum & sanctificationem, quia sanctificavit tabernaculum suum altissimum, unde illa præcepto legis Moysi non erat obligata, hanc tamen legem observavit primò propter suam humilitatem, &c. Ecce quomodo Patavinus componit, nullam contrahere maculam cum sanctificatione; ergo non bene intelligit antiquos, qui sic argumentatur: fuit sanctificata, igitur contraxit maculam.

Item, in serm. de Nativitate, qui incipit: Liber generationis IESU CHRISTI &c. Hoc idem, sed alio ordine legitur Lucæ 3. &c. part. 3. sic inquit: Fuit autem Christus divisus ab aliis, Hæbr. 5. talis decebat ut esset nobis Pontifex sanctus impolatus segregatus a peccatoribus. De eo rursus scriptum est Zachar. 6. Ecce vir oriens nomen ejus. Fuit nihilominus B. Virgo segregata inter omnes mulieres meritum & beneficium, unde Beda. Nec primam similem visu est, nec habere sequentem: Fuit jam oriens aurora, ex qua processit Sol Justitiae vir oriens in nativitate sua, segregata ab omni peccato, quia, ut dicit Bernardus: ante sancta fuit, quam nata, sequitur generatio, &c.

**A L B E R T U S** Pius, Carporum Comes, Italus, in libris contra Erasmum Roterodamum libro 9. de Sanctorum cultu, fol. 168. Quod Virgo MARIA non contraxit peccatum originale, &c. latè, impress. Parisii 1535. in fol. per integrum, §. littera D. & Venetiis 1562. in fol. aliqua extant in Biblioth. nostra Virginali tom. 2. in principio.

Item, in Controvers. de peccato originali, agit de Immaculata Virginis Conceptione pag. 63. sed prohibetur in novo Expurgatorio, ita Leon.

**A L B E R T U S** Polevitius, Ordinis Carmelitarum Polonus, inter sermones de festivitatibus Beatae Virginis MARIE, scriptis de ejus Immaculata Conceptione, ex Marco Antonio Alegambe Marrac. in Biblioth. fol. 31. & in Catalogo ad an. 1627.

**A L B E R T U S** Veronensis, Prior Monasterii Di vi Joannis, in Viridario Patavino, edidit carmina pro Immaculata Virginis Conceptione & incipiunt: Virginis intactæ dubios Conceptio dudum, &c. Impress. cum Antonio Bonomeo Venetiis anno 1508. in 4.

**A L B I N U S** Flaccus Alchimius Abbas, Caroli Magni Regis, ac Imperatoris Magister, in libro de fide Sanctæ Trinitatis lib. 3. cap. 14. de MARIA Virgine, & Incarnatione Verbi Dei; sic inquit: Sed unus Dei Filius proprius & perfectus Dominus noster JESUS CHRISTUS, quem Beata Virgo MARIA, salua integritate sui corporis, Deum edidit

edidit & hominem, que fuit lana mundissima, & virginitate clarissima, & incomparabilis universis, quæ erant sub celo virginibus, eratque talis ac tanta, ut sola digna fieret divinitatem in se recipere Filij Dei. Sicut enim conchilij sanguinem lana suscepit, ut purpura ex eadem lana, imperiali maiestate tantummodo digna fiat, qua nullus alias induitur, nisi augusta prædictus dignitate: ita Spiritu Sancto superveniente in Beatam Virginem, virtus Altissimi obumbravit eam, ut lana fieret divinitate purpura, solumento eterno Imperatori indu dignissima &c. Sic extat in impressione Parisiensi 1617. in folio.

**ALBUM AZAR** Chaldaeus, & Astrologus, ex Zodaici signo Virginis, quod sextum est, & in mensa Septembri oritur, & sacratissimam Virginem ex utero prodeuntem ad umbrat. Hæc protulit verba: *In prima facie Virginis, oritur in terra Virgo munda, puella Immaculata, corpore decora, vultu venusta, habitu modesta, crine prolixa.* Ita libro 6. introductiorii majoris, apud Ferriol. Lochr. de MARIA Augusta libro 1. cap. 23. fol. 45, & citat Carthus. libro 1. de laudibus Virginis articulo 30. Canis. lib. 2. cap. 7. Didac. Sanchez in libro de Jurament. 5.7. fol. 26. Hunc curiositatis causa adductum existimo, ut ex illo colligant etiam Zodiaci signum Virgo, quasi nobis ostendere primum Virginis ortum fuisse mundum ac Immaculatum.

**ALEXANDER** de Ales, vel Alensis Ordinis Minorum Anglicus (licet adducatur ab Adversariis pro sua opinione, ut videre est in SOLE VERTITATIS) pro nostra tamen sententia scripsit in Matrial, & pro Immaculata Conceptione Virginis MARIE, librum unum ex Mauritio de Villaprouata Ord. Prædicatorum, Waddingo, & latissime Joanne de la Haye in vita ipsius Alexandri Alensis cap. 8. que extat in principio Commentariorum in Apocalypsim; sed præcipue pro irrefragabili veritate hujus libri adduco testimonium Michaelis de Carchano Mediolanensis Auctoris antiqui, qui tum sanctimonia vita, tum ferventissima verbi Dei prædicatione adeo innumeris meruit coruscare miraculis. Hic ergo in suo Quadragefimali de Penitentia Serm. de Conceptione, parte 3. loquens de Alejandro de Ales, ac de ejus liberatione à gravissima infirmitate meritis Virginis MARIE, inquit: *Ipse verò non ingratius de tanto beneficio, reddidit quod voverat, composuitque librum unum pulchrum, ubi continentur omnia facta istius melliflue Conceptionis Virginis, qui dividitur in sex libros, & in fine tertii libri cap. penultimo querit: utrum Virgo Benedicta sit in originali peccato Concepta? & in corpore questionis ponit totum illud miraculum factum à Virgine in scipso, & ideo determinavit Virginem fuisse conceptam sine peccato originali: docet, & prædictat ejus Conceptionem colendam, revo- catque, & retractat quidquid in 3. sententiarum dixerat, &c. Quis legens hanc auctoritatem, & testem ocularem libri, dubitare poterit Alexandrum Alensem scriptisse librum, & tenuisse sententiam de Immaculata Conceptione?*

Item, in Commentario super Apocalypsim cap. 8. fol. 141. sic inquit: *Corpus enim Christi fuit auctum purum tempore innocentia in Adam, quia peccatum non habebat, fuit enim innocentissimus, & purissimus in Beata Virgine, quæ peccatum non habuit, nec habere voluit, licet peccare potuerit; purissimum*

in unione, quia peccatum non habuit, nec potuit, Proverb. 25. aufer rubiginem de argento, id est, de Beata Virgine, id est, peccati somitem, & egredietur vas purissimum, &c. Et ad marginem habet: *Virgo immunis à peccato originali.* Lib. impress. Parisiis 1647. in fol.

Item, super Lucam ad illa verba: *Quia fecit mihi magna, inquit: Tria magna fecit ei Dominus; fecit enim eam triumphare de principe Demonum.* Genes. 3. ipsa conteret caput tuum. Fecit eam Reginam Angelorum. Fecit eam habere Dei Filium, cum hoc servans ei decus Virgineum: vel secundum Glossam: fecit mihi magna, quia in me carnem assumpt, quia me à peccatis mundavit, quia mihi Spiritus Sancti dona contulit, &c. Si mundari à peccato præsupponit maculam contractam, ut volunt adverlarii, quomodo supra dixit, quod MARIA contrivit caput serpantis? quia hoc etiam de Joanne Baptista, & Jeremia posset dici: deinde, quomodo dicit à peccatis? ergo non solum ab originali, sed etiam ab actuali fuit mundata. Vide infra, verbo Glossa, extat in nostra Biblioth. tom. 1. fol. 175. & manucrip. in Biblioth. Sancti Joannis Regum Toletani.

Item, composuit librum in honorem Conceptionis Virginis MARIE, quem intitulavit de vita B. Virginis MARIE, super illa verba: Nondum erant Abyssi; in cuius fine determinat, Virginem fuisse Conceptam absque peccato originali, his verbis: Nondum erant Abyssi, & ego jam concepta eram: omnes devoti MARIE exponunt hanc auctoritatem sic: Nondum erant Abyssi, id est, profunditates originalis peccati, & ego jam Concepta eram; Nam abyssus dicitur ab ab, quod est, sine, & byssus, quod est quoddam luminosum, subtile, & candidum factum textrino opere, quorum contraria sunt in peccato originali: quod est tenebrosum per privationem lucis gratia, & grossum per damnum perpetuum, atque turpe per carentiam dilectionis divinae. Nondum ergo erant abyssi, id est, peccati originalis profunditates, & ego jam Concepta eram, scilicet præveniente Dei gratia, &c. Hæc Alexander de Ales in prædicto libro, quam auctoritatem citat Gotschalcus Holen Ordinis S. Augustini, Doctor antiquus in sermone de Conceptione; signum ergo est evidens, quod vidit, & legit librum. Eum etiam citat Daniel Agricola Auctor antiquus in sua corona fol. 175. Dazza fol. 47. Wadding. fol. 9. Urzuanus fol. 160.

Item, si hic est Auctor summae: *Destructorium Vitiorum, ut affirmat Luc. Wadding. in Catalog. Scriptorum Seraphicæ Religionis, expressissimus fuit Auctor pro Immaculata Virginis Conceptione;* ut videre est infra.

Item aliquas ejus auctoritates adducit R.P. Franciscus Martini Carmelita, qui florebat, & scribavit anno 1390. in suo Opere, sive Compendio Veritatis Conceptionis Virginis MARIE, in principio, & alias in quinto modo arguendi Magistrali argumento, ubi sic dicitur in margine: *fecitndus Magister arguens, est Alexander de Ales Nequam; & in corpore libri, argum. 119. Ad idem sic: continuando materiam, arguendo per magistrum Alexandrum de Ales Nequam, in sacra pagina Magistrum, & Doctorem in Sermone hujus solemnitatis Conceptionis Virginis MARIE, qui sic incipit: Fiat lux: arguitur sic ex pluribus, &c. Et antecedens patet per magistrum Alexandrum*

Nequam Sermone, quo supra dicentem: Sanctificata fuit Virgo MARIA in sua Conceptione, ut ibidem dicit &c. Et libro quem de B. Virgine edidit, qui Tolosa incatenatus extat in choro Ecclesie cathedralis, probat ipsam Virginem MARIAM, Dei genitricem ab originali peccati macula præservatam; ubi etiam retractat, in contrarium quidquid dixerat in 3. sent. dict. 3.

Item in sequenti argumento: & antecedens est dicti Alexandri, Sermone quo supra dicentis. Ita Ecclesia tenet Deo laudes referre, & gaudere, & gratiarum actiones Deo impendere, quia illa pars carnis preelecta ab eterno, est natura humanae communicata, & data ad nostram redemptionem. Igitur, &c.

Item in sequenti argumento: & antecedens patet per Alexandrum Nequam Sermone quo supra dicentem: Ex offibus sanctorum facimus festum; & si talis portio in mentem alicuius Sancti, vel Prophetæ occurrit, dum occurreret via reverentiae mentali, talis cum honore, & reverentia talem portionem amplectetur, quod non finisset dignum, si sub culpa finisset, &c.

Item in sequenti argumento: & antecedens est Alexandri, Sermone quo supra dicentis: Dies gratiae à Conceptione Virginis MARIE initium sumpsisse à nonnullis perhibetur: quia in Conceptione Virginis MARIE, erat quedam inchoatio temporis gratie, & incertitudo hujus temporis, &c.

Item in argumento 112. & antecedens patet per dictum Alexandrum Sermone quo supra dicentem: quantum bonum fuit mundo, & Angelis & hominibus ex Conceptione Virginis MARIE, quando data est nobis portio, ex qua verbum factum est, & habitavit in nobis. Hęc & alia possunt videri in manuscr. Romano, & Parisijs apud PP. Carmelitanos majoris Conventus, ac etiam in eodem opere per nos impresso Lovanijs hoc anno 1663. in Typographia Immaculatae Conceptionis sub signo gratiae in 4.

ALEXANDER ab Alexandria Ordinis Minorum, scriptit pro Virginis puritate, & ipsam sine originali fuisse conceptionem. Ita Antonius Chucarus Episcopus Azernensis in elucidario suo pro Virginis Conceptione part. 2. fol. 63. Huius Auctoris iolum vidi expositionem super Evangelium Sancti Ioannis in Bibliotheca Minorum Toletana, & sic fides sit apud Auctorem.

ALEXANDER Anglus Theologus vetustissimus, & Fabri filius, ut in ejus libro dicitur, editum summatum: Destructorum vitiorum dictam, & 4. parte, cap. 38. fol. 136. ait: Unde MARIA secundum unam interpretationem idem est, quod illuminatrix, vel stella maris; certe illa illuminata erat a Christo tamquam luna, & stellæ a sole, per quam illuminationem præservata erat a peccato originali, actuali, & veniali: & ideo meritò potest illa dicere illud Judith 13. cap. Custodivit me Angelus Domini, & hinc euntem, id est, in hunc mundum venientem a peccato originali, & ibi commorantem, id est, sine peccato actuali: & inde revertentes, id est, de mundo ad Patriam venientem, a peccato veniali; & non permisit Dominus ancillam suam coquinari, scilicet peccato originali, actuali, & veniali: & pro eo quod haec Virgo gloria sua taliter a Christo erat illuminata, sicut Luna a Sole, & ab omni peccato præservata, &c.

Item, in 1. p. c. 3. sic inquit: & quamvis parentes lapsi generare possint innocentem simpliciter de Dei potentia absoluta, sicut de Beata Virgine

MARIA, tamen nisi fuerit in aliqua tali singulari persona singulare præservatio divina, omnes filii Adae per propaginem communem geniti contrahunt culpam originalem à suis parentibus, &c. Lib. impress. Venetiis 1582. in 4.

ALEXANDER Barrata Italus, in Icone Civitatis Neapolitanæ in charta expansa, enumerat Ecclesiæ, Monasteria, atque Conventus, qui sunt in predicta civitate sub titulo Conceptionis Virginis MARIE. Impress. Neapoli 1628.

ALEXANDER Calamatus Meßlanensis, editus de Immaculata Conceptione Virginis Marie Matris Dei, Sermonem unum in libro, Sylva novissima conceptum, f. 281. Impress. Meßlan 1640. in 4.

Item idem de Immaculata Conceptione Virginis Mariae Sermonem alterum in libro: Expectatio Verbi incarnati, pro Dominicis adventualibus. à fol. 65. usque 81. impress. Venetiis 1639. in 4.

Item, de Immaculata Conceptione Virginis, Sermon alterum in lib. impress. Antuerpij 1652. in 4.

Item, in lib. cuius titulus est: Ghirlanda spirituale interclusa di varie divocationi, fol. 98. salutatione ad Conceptionem Virginis Mariae, &c. Lib. impress. Neapoli 1646. in 12.

ALEXANDER Coli Lucensis Ordinis Matris Dei, in libro: Ghirlanda Virginea nella quale in discorsi prædicabili si ragiona dell' virtù più scelte che spiccano nelle solemnità di la Beata Vergine. Discursu primo de Conceptione Virginis Mariæ ad illud, tota pulchra es amica mea, a fol. 1. usque 87. latissimè agit de immaculata eius Conceptione, Lib. impress. Lucae 1638. in 4.

ALEXANDER Donatus Senensis Societatis Jesu Italus, in libro de Roma Veteri, ac recentiori, inquit: Frater Antonius Barberinus S.R.E. Presbyter Cardinalis S. Onuphrii, Urbani VIII. Germanus Frater, Templum Immaculatae Virginis Concepce Cappucinis Fratribus & cœnobium a fundamentis erexit. Primum lapidem sub ara primaria posuit Pontifex Max. Lib. 4. fol. 4. Impress. Roma 1639. in 4. Vidi aram & titulum sibippe Roma in Conventu PP. Cappuccinorum.

ALEXANDER Farnesius Romanus, Cardinalis Hostiensis, postea Paulus Papa III. nuncupatus, cum esset Romanæ Ecclesie Cancellarius, & Protector Archiconfraternitatis immaculatae Conceptionis gloriose Virginis MARIE in Ecclesia Sanctorum Laurentii, & Damasi de Urbe, &c. in rescripto expedito pro insigni Confraternitate Conceptionis Sancti Francisci de Vinea Venetiarum, sic incipit: Sinceræ devotionis affectus, quæ res solennia immaculata, & ineffabilis Conceptionis gloriosissime semper Virginis MARIE, &c. extat in lib. Anonymi prædictæ confraternitatis impress. Venetiis 1585. in 8. de hoc etiam Marrac. in purpur. Marian. fol. 15. Vide infra, verbum Paulus III. & No dum indissolubilem fol. 86.

ALEXANDER Fichet, Societatis Jesu, Gallicus, in libro dicto: Arcana studiorum omnium methodus, & Bibliotheca scientiarum, librorumq; corum ordine distributorum universalis cap. 5. MARIA Deipara. fol. 144. de Conceptione Virginis MARIE, & auctores, qui de ipsa scripsérunt, & sunt pro pia sententia.

Item, auctor iste scriptit de Conceptione Virginis MARIE in libro dicto: Cathedra coronata, ut ipsemet refert ubi supra, Lib. impress. Lugdum 1649. in 8.

ALEXAN-

ALEXANDER Florentinus recollectus corona  
nam anni, ubi, fol. 50. extat cantio, seu carmina  
lingua Italica De Conceptione Virginis Dei Genitricis  
MARIE, lib. impress. Romae 1595. in 12.

ALEXANDER Gonzalez de Guadixara Hispanus Eques auratus S. Jacobi edidit orationem Panegyricam R. P. Placidi Antonii de Haro, in qua s. 3. fol. 13. extant aliqua verba pro immaculata Virginis MARIE Conceptione. Vide in citato Auctore Serm. impress. Valesoleti 1652. in 4.

ALEXANDER N. Poëta Hispanus Limensis, scripsit cantionem de Immaculata Virginis Conceptione, ut videre est apud Didacum Cano de Concep. fol. 86.

ALEXANDER Nequam, vel Nekam Ordinis Minorum, secundum Dazam cap. 6. fol. 46. natione Anglus, scripsit collationem super verba, tota pulchra es, in qua V. MARIAM ab omni peccati originalis contagio fuisse liberam testatur, ut scribit Daniel Agricola in corona Conceptionis, verbo Theologi. Hujus Doctoris etiam facit mentionem Alanus Parisiensis, qui scriptis ad ann. 1393. & Petrus de Candia, postea Alexander V. in suo opusculo de Conceptione, Joan. Molanus in sua Biblioth. atque Joannes Vitalis in suo Defensorio lib. 4. ancil. 7. de quo sic dicit: Alexander Nequam, qui primò adversarius existens in 3. dist. 3. postea à Deo corruptus retractavit sententiam in Sermoni, qui incipit: Fiat lux. Secundum aliquos fuit Canonicus Regularis, & vixit ad annum 1227. vel 1220. ita Pitheus, & Leon. claf. 11. Salaçar saeculo 15. Vide Euseb. Nicrem. in lib. Excep. cap. 27. fol. 519. Pistoiam, fol. 158. Quod fuerit Ordinis Minorum, & idem cum Alexandro de Ales, ex multis rationibus comprobamus in SOLE VERITATIS secunda Impressione Signo 5. Vide ibi illa quæ hic desunt, quæ pauca non sunt, ne eadem iterum repetamus. Sufficit enim pro nunc scire istum siue distinctum, siue eundem tandem pro pia militasse sententia.

Item, super Cantica cap. 3. hæc scripsit verba: Ego firmiter teneo & dico Beatam Virginem (quamvis, ut alia Sanctæ mulieres, originale contraxisse peccatum ego credam) in sua conceptione non parum esse honorandam, immo tam diem sanctificandum fore, &c. Hoc dico, quia cum paucis abhinc annis egomet ad hanc Oxonij Universitatem causa de hujusmodi festo disputandi vocatus fuerim, &c. & me constanter negante tam diem esse sanctificandum, accidit, quod in tali die per multos annos ego dirissimis doloribus per totam diem cruciabar, & nescio quomodo; me autem postea palinodiam cantante, ab illis torsionibus liber euasi: Concludendo igitur dico, quod propter honorem Virginis, ejus dies sanctificationis, id est Conceptionis, quia statim ac eius anima fuit corpori unita, fuit sanctificata, & a peccato originali mundata, celebrandus est, &c. Extant hæc verba in quadam originali manu scripto Londini in Anglia, à quo istam notiriam accepimus, subscriptio nomine Alexandri Nekan in Cantica, ex quibus verbis confirmantur tam hic dicta, quam in Alexandro de Ales.

ALEXANDER de Peregrinis, Presbyter Brixienensis in Martyrologio Romano à se emanando ad diem 8. Decembris: Conceptionis Sacratissime Virginis MARIE Genitricis Dei, & Domini nostri IESV CHRISTI lib. impress. Venetiis 1553. in 4.

Item in suo Kalendario antiquo, semper adducit Festum Conceptionis Beatae Virginis duplex majora

ut videre est in lib. impress. Venetiis 1563. in 8.

ALEXANDER Peregrinus Societatis Jesu in Conceptione Beatae Virginis, indicem Concionatorum in libro super Evangelium Matthæi Romæ 1638. in folio, & fortè jam revisores abstulerunt titulum immaculata, nam PP. Jesuitæ alibi semper sub hoc titulo loquuntur.

ALEXANDER Perettus de Montalto S. R. E. Cardinalis, Italus, Conventum S. P. N. Francisci propè Ecclesiam Lauretanam à fundamentis erexit cum hoc titulo, & inscriptione: In honorem Immaculatae Conceptionis Deiparae Virginis Alexander Cardinalis Montaltus S. R. E. Vicecancelarius à fundamentis erexit. Vide purpur. Mar. fol. 22.

Item, pro Confraternitate Societatis Conceptionis Valeria Papie. Diœcesis expeditum Diploma unum anno 167. extat in nostro archivo. Bullarium.

ALEXANDER Pesantius Romanus Comes, & Eques, in universam Theologiam Divi Thomæ in 1. 2. quæst. 81. art. 1. disp. 4. fol. 399. An, in Beata Virgine fuerit peccatum originale? ponit hanc conclusionem: Dico, probabilius est Beatam Virginem conceptionem esse sine peccato originali. Contraria tamen sententia non est damnata erroris; ut patet ex Bulla Pii V. de hac re. &c. Lib. impress. Coloniæ 1617. in fol.

Item, in 3. part. q. 27. de B. Virginis MARIE sanctificatione, fol. 838. ponit refutum articulorum S. Thomæ, nihil tamen ex proprio dicit circa Conceptionem Virginis MARIE. Lib. impress. Venetiis 1606. & 1581. in fol.

ALEXANDER Picolomineus Senensis Episcopus Pinetinus in Tuscia, celebravit Missam die Jouis 17. Iunii anni 1546. & post sacrum promulgavit decretum de peccato originali, ubi declaravit Synodus non esse suæ intentionis, Comprehendere sub peccato originali Beatam, & immaculatam Virginem MARIAM Dei Genitricem. Vide Spondan. ad annum 1546. num. 6.

ALEXANDER Pinetus Poëta Hispanus in quodam poëmate fatetur Virginem MARIAM fuisse absque peccato originali: vide librum Alph. Feriol. in principio.

ALEXANDER Quintus Pontif. Maxim. antea Petrus de Candia, scilicet Philaretus vocatus, Novariensis Ordinis Minorum, dum esset in Ordine edidit insignem quæstionem pro Immaculata Virginis Conceptione, quam manuscriptam nos habemus ex Conventu Sancti Francisci Africani. & etiam habemus illam cum altera quæstione Mayronij, & incipit sic: Queritur, utrum caro ex qua formatum corpus Christi fideliter creditur, fuerit aliquando sordibus originalis criminis deturpata, & habet, fol. 19. in 4. unde si caro numquam fuit maculata, necessariò fatendum est, Virginem fuisse sanctificatam in parentibus suis.

Item, dum esset in Pontificatu expedivit constitutio Apostolicam in favorem Immaculatae Conceptionis Virginis MARIE. Ex Marraccio in Biblioth. & in Catal. an. 1409. Vide infra Petrum de Candia, sive Philaretum.

Item instituit festivitatem Conceptionis Virginis MARIE, in curia Romana, ut refert Bartholomeus de Spina, Magister sacri Palatii, Ordinis Sancti Patris Dominici in Opusculis de universalis corruptione generis humani ab Adam seminaliter propagati, parte 5. cap. 9. cuius inscriptio est: Unde processit celebratio officii de Conceptione, fol. 95.

fol. 95. colum. 4. lege Bustum Sermon 4. & 9. de Conceptione, & alios. Salazarium, Serranum Marrac. in Pontif. Marian. fol. 150 & in Bibliotheca Maria.

Item, dicitur quod an. 1411. in civitate Pisatum determinavit *controversiam circa mysterium Immaculatae Conceptionis*, &c. quod fuit verum, sed nota, quod haec non fuit determinatio, decisio, seu definitio mysterii, sed circa festivitatem, quia tunc exorta fuit controversia circa celebrationem illius festivitatis, & de hac determinavit, & approbavit celebranda esse, & ex tunc cepit auctoritate Apostolica ejus solemnitas, de qua mentionem facit Concilium Basiliense, in suo Decreto sic dicens: Renovantes præterea institutionem de celebranda sancta ejus Conceptione, quæ sexto idus Decembbris antiqua & laudabili consuetudine celebratur. Ita attestante Daniele Agricola in Corona Doctorum, verbo Decreta, fol. 176. sed forte est error Typographiarum, quod annum, nam Alexander Quintus regnabat anno 1409. & non 1411.

**ALEXANDER Romanus, & Patriarcha Sextus**, composuit Prosa de S. Anna Virginis MARIE Matre, in qua Dominam nostram Conceptam affirmat absq[ue] peccato originali. Sic Daniel Agricola in Corona Doctorum pro Conceptione Virginis, verbo Patriarcha.

**ALEXANDER de Ros Canonicus Hispanus**, scriptit Sermonem de purissima Conceptione Virginis. *Dominæ nostræ*, pro gratiarum actione in reductione Principatus Cathalonie, impress. expensis Confraternitatis Conceptionis Barchinone 1553. in 4. cum Imagine immaculatae Conceptionis. **ALEXANDER Secundus summus Ecclesiæ Pontifex**, in Concilio Mantuano, anno 1064. approbavit libros Ecclesiasticos, & missale Hispanorum Mixto-Arabicum, in quo Missali Purissimæ Conceptionis extabat officium, &c. Ita Ioann Euseb. in lib. Exception. cap. 8. fol. 17. & 25. & lib de perpetuo objecto Concept. cap. 5. fol. 36.

**ALExANDER Septimus**, antea Fabius Chisius Senensis, in initio sui Pontificatus pulcherrimam edi curavit monetam seu medallam cum imagine Immaculatae Conceptionis, de qua latè agit R. P. Joannes Eusevius in speciali tractatu, ut dicimus suo loco.

Item, plurimas expedivit Bullas pro eodem mysterio Immaculatae Conceptionis, de quibus ad manus nostras solum pervenerunt aliquæ pro Provincia S. Antonij Charcarum in Regno Peruano, & alias duas pro confraternitate Immaculatae Conceptionis sira in Capella Sancta Regali, Civitatis Parisiensis, de quibus diximus in Nodo Indissolubili. fol. 99. propter quas vide in eadem Capella affixam chartam magnam cum hac inscriptione Gallica: Pardons & Indulgences de pleniere remission donnez à perpétuite par nostre Saint Pere le Pape Alexandre VII. à tous fidels Chrestiens de l'un & l'autre sexe, les Confreres & Scœurs qui sont, & entreront cy-après dans la devote Congregation de l'Immaculée Conception de la bien-heureuse Vierge Marie, & de S. Louis Roy de France, érigée au maistre-Autel de l'Eglise de la basse-Sainte-Chappelle Royale du Palais de Paris, l'an 1659. au jour de leur entrée & reception en la dite devote Congregation, à l'article de leur mort, & aux jours & festes de l'Immaculée Conception, An-

nontiation, Nativité & Assomption de la Vierge, & de Saint Louis Roy de France, depuis les premières Vespres jusques au Soleil couché des dits jours & festes. Est apud nos in charta expansa.

Item, præcepit Magistro Sacri Palati Apostolici ut nullo modo impidiret, ut diceretur *Immaculata Concepio Virginis MARIE*, aut imprimetur in libris, quo manit annullatum decretum illud præsens. S. Inquisitionis, de quo in nostro Armentario per totum; & D.D. Antonius Calderon in suo libro de Conceptione. Vide R. P. Hyppol. Marraccium in dedicatoria sui libri: Cæsares Marianii circa medium.

Item, nuperrim edidit tale Decretum: *Innovatio Constitutionum, & Decretorum in favorem sententia afferentis, animam Beatae Mariae Virginis in sua creatione & in corpus infusione à peccato originali preservatam fuisse editorum*. Alexander Papa VII. ad perpetuam rei memoriam. Sollicitudo omnium Ecclesiæ, quam, licet meritis & viribus longè impares, Dei optimi, maximi voluntate, & providentia gerimus, in id Nos anxiè tenet intentos & vigilantes, ut scandala, quæ inter fideles pro humana naturæ corruptione & fragilitate necesse est ut veniant, quantum fieri potest, paucissima exoriantur, utque exorta quam celerrimè, & quam diligentissimè amoveantur: nam iis per quos veniunt certam peccati perniciem, quibus verò preventur, præsens afferunt labendi periculum; quorum Nos pro nostri pastoralis officij debito, & damnum summopere dolemus, & discrimine assidue urimur. Sane, *retus est* Christi fidelium erga ejus Beatissimam Matrem Virginem MARIA pietas, sentientium ejus animam, in primo instanti creationis, atque infusionis in corpus fuisse speciali Dei gratia & privilegio, intuitu meritorum IESU CHRISTI ejus Filii, humani generis Redemptoris, à macula peccati originalis preservatam, & immunem, atque in hoc sensu ejus Conceptionis festivitatem solemnri ritu colentium, & celebrantium, crevitque horum numerus, atque hujusmodi cultus post editas à fel. rec. Sixto Papa V. prædecessore nostro in ejus commendationem Apostolicas Constitutiones, quas sacrum Concilium Tridentinum innovavit, atque observari mandavit. Autem rursus, & propagata fuit pietas haec, & cultus erga Deiparam post erecta hoc nomine, approbantibus Romanis Pontificibus, Religiosum Ordinem, & Confraternitates, ac concessas ab iisdem indulgentias, ita ut acceditibus quoque plerisque celebrioribus Academiis ad hanc sententiam, jam ferè omnes Catholicæ eam complectantur. Et quia ex occasione contraria assertionis in concionibus, lectionibus, conclusionibus, & actibus publicis, quod niemppe eadem Beatissima Virgo MARIA fuerit concepta cum peccato originali, orientabantur in populo Christiano cum magna Dei offensa, scandala, iurgia, & dissensiones, rec. mem. Paulus Papa V. etiam prædecessor noster venit horum opinionem præfata sententia contraria publicè doceri, aut prædicari. Quam prohibitionem piæ mem. Gregorius Papa XV. similiiter prædecessor noster ad privata etiam colloquia extenit, mandans insuper in favorem ejusdem sententia, ut in sacro sancto Missæ sacrificio, & Divino officio celebrandis tam publicè, quam privatim, non alio quam Conceptionis nomine uti quicunque debeant. Nihilominus, prout venerabiles fratre

tres Episcopi serè omnes Hispaniarum, cum Ecclesiarum Capitulis, datis ad Nos literis exposuerunt, accedente etiam insinuatione *Charissimi in Christo Filii nostri Philippi earundem Hispaniarum Regis Catholici*, qui specialem super hoc misit ad Nos Oratorem, *Venerabilem Fratrem Ludovicum Episcopum Placentinum*, per quem etiam delatae fuerunt ad Nos supplicationes Regnorum earundem Hispaniarum, per quae aliqui contraria illius opinionis assertores contra præfatas prohibitions, tum privatim, tum publicè præfatas sententiam aut impugnare, aut vellicare, & favorem à Romanis Pontificibus cultui, & festo secundū illam præstitum ita interpretari, ut frustrentur; imò Ecclesiam Romanam huic sententiæ, & cultui, juxta illam Beate Virginis exhibito favere negant, pios Christi fedes è sua pacifica quasi possessione deturbare conando; unde offensiones, scandala, & iurgia, quibus obviare voluerunt Paulus V. & Gregorius XV. nostri prædecessores perdurant adhuc, & ex occasione eorundem adversantium majora his incommoda in posterum prudentè, & meritò timentur. Quapropter super his, tam præfatis Episcopi, cum Ecclesiarum suarum Capitulis, quam memoratus Philippus Rex, ejusque Regna Nobis pro opportuno remedio, instanter supplicari fecerunt. Nos considerantes, quod Sancta Romana Ecclesia de intemerata, semperque Virginis MARIE Conceptione festum solemniter celebrat, & speciale, ac proprium super hoc officium olim ordinavit juxta piam, devoutam, & laudabilem institutionem, quæ à Sixto IV. prædecessore nostro tunc emanavit; volentesque laudabili huic pietati, & devotioni, & festo, ac cultui secundū illam exhibito, in Ecclesia Romana post ipsius cultus institutionem nunguam immutato, Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum exemplo favere, necnon tueri pietatem & devotionem hanc colendi & celebrandi Beatissimam Virginem, præveniente scilicet *Spiritus Sancti gratia*, à peccato originali præservatum; cupientesque in Christi grege unitatem spiritus in vinculo pacis, sedatis offensionibus, & iuriis, motisque scandalis, conservare: ad prælatorum Episcoporum cum Ecclesiarum suarum Capitulis, ac Philippi Regis, ejusque Regnorum oblatam Nobis instantiam ac preces, Constitutiones, & Decreta à Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris, & præcipue à Sixto IV. Paulo V. & Gregorio XV. edita in favorem sententiæ afferentis, animam Beate MARIE Virginis in sui creatione & in corpus infusione, *Spiritus Sancti gratia donata*, & à peccato originali præservata fuisse, necnon & in favorem festi, & cultus Conceptioni ejusdem Virginis Deiparae secundū piam istam sententiam, ut præsertur, exhibiti, innovamus, & subcensuris, & poenis in eisdem Constitutionibus contentis observari mandamus. Et insuper omnes, & singulos, qui præfatas Constitutiones, seu Decreta ita pergent interpretari, ut favorem per illas dñe sententiæ, & festo, ac cultui secundū illam exhibito frustrentur, vel qui hanc eandem sententiam, festum, seu cultum in disputationem revertare, aut contra ea quoquo modo directè, vel indirectè, aut sub quovis prætextu, etiam definitiæ eius examinanda, sive sacram Scripturam, aut Sanctos Patres, sive Doctores glossandi, vel interpretandi, denique alio quovis prætextu, seu occasione, scripto, seu voce, loqui, concio-

nari, tractare, disputare, contra ea quicquam determinando, aut afferendo, vel argumenta contra ea afferendo, & insoluta relinquendo, aut alio quovis excogitabil modo differendo, ausi fuerint, præter poenas, & censuras in Constitutionibus Sixti IV. contentas, quibus illos subjacere volumus, & per præsentes subiçimus; etiam concionandi, publicè legendi, seu docendi, & interpretandi facultate, ac voce activa, & passiva in quibuscumque electionibus eo ipso absque alia declaratione privatos esse volumus, necnon ad concionandum, publicè legendum, docendum, & interpretandum perpetuæ inhabilitatis poenas ipso facto incurere absque alia declaratione; à quibus poenis non nisi à Nobis ipsis, vel à successoribus nostris Romanis Pontificibus absolvi, aut super ijs dispensari possit: necnon eosdem alijs poenis nostro & eorundem Romanorum Pontificum successorum nostrorum arbitrio infligendis pariter subjacere volumus, prout subiçimus per præsentes, innouantes Pauli V. & Gregorij XV. superioriis memoratas Constitutiones, sive Decreta. *Ac libros*, in quibus præfata sententia, festum, seu cultus secundū illam in dubium reuocatur, aut contra ea quomodo cumque, ut supra, aliquid scribitur, aut legitur, seu locutiones, conciones, tractatus, & disputationes contra eadem continentur, post Pauli V. supra laudatum Decretum edita, aut in posterum quomodo liber edenda, prohibemus, sub poenis, & censuris in Indice librorum prohibitorum contentis, & ipso facto absque alia declaratione pro expreſſe prohibitis haberi volumus, & mandamus. Veramis autem Sixti IV. Constitutionibus inhærentes, quæcumq; allegeret, quod propter hoc contrariam opinionem tenentes, videlicet gloriosam Virginem MARIAM cum originali peccato fuisse conceptam, heresis crimen, aut mortale peccatum incurant; cum à Romana Ecclesia, & ab Apostolica Sede nondum fuerit hoc decílum, prout Nos nunc minimè decidere volumus, aut intendimus: quin potius contrariam illam opinionem heresis, aut impietatis damnare audentes, præter poenas, quibus eos subiçit Sixtus IV. alijque prædecessores nostri Romani Pontifices, gravioribus alijs poenis subjicimus, quas in contra facientes huic nostræ Constitutioni superioriis infiximus. Volentes, quod contra hujus nostræ Constitutionis transgressores, etiam Regulares cuiusvis Ordinis, & instituti, etiam Societatis JESU, & quomodo liber exemptos, & alias qualcumque Ecclesiasticas, & seculares personas cuiuscumque status, gradus, ordinis, aut dignitatis, tam Ecclesiasticæ, quam secularis, ut præfertur, tam Episcopi, & Prælati superiores, alioq; locorum Ordinarii, quam hereticae pravitatis vbiique locorum deputati Inquisitores procedant, & inquirant, atque in eos strictè animadvertant: Nos enim iis, & eorum cuiilibet contra eosdem transgressores procedendi, & inquirendi, ac poenis coercendi, & puniendi liberam facultatem, & auctoritatem iisdem auctoritate, & tenore tribuum, & impartimur, eosque, ut præfertur, procedere, inquirere, & punire districte præcipimus, & mandamus. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus, ac quibusvis indultis, & litteris Apostolicis, quibusvis personis quantumcumque qualificatis, & in quacumque, etiam Cardinalatus, Patriarchali, Archiepiscopali, Episcopali, &

quavis alia dignitate, & honore constitutis, etiam quod contra eos procedi, interdici, suspendi, vel excommunicari nequeat, quomodolibet concessis. Quibus omnibus, & eorum singulis, etiam pro sufficienti illorum derogatione de eis, ipso rumque totis tenoribus specialis, specifica, individualis & expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per generales, etiam id importantes, clausulas, mentio habenda, aut alia exquisita forma observanda forct, tenores hujusmodi ac si de verbo ad verbum inserti forent, praesertim pro sufficienter expressis, & insertis habentes, harum serie specialiter, & expressè derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Ut autem haec nostra Constitutio; & præmissa omnia ad eorum omnium, quorum interest, notitiam congruentiam pervenire possint, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub pena privationis ab ingressu Ecclesiæ eo ipso incurrenda præcipimus, & mandamus omnibus & singulis locorum Ordinariis, ac eorum Vicariis, Suffraganeis, & Officialibus quibuscumque, & aliis singulis, ad quos quomodolibet spectat, & pertinet, quatenus hujusmodi nostram Constitutionem singulis sive Dicecisis, vel districtis prædicitoribus, & aliis quibus expedire judicaverint, opportunè inlinuent, & publicent, ac insinuari, & publicari faciant, ne quis imposterum quo modo ignorantium de præmissis possit prætendere, aut se contra præmissa valeat excusare. Volamus, & similiter eadem auctoritate decernimus, & mandamus, quod præsentes litteræ per aliquos ex nostris Curtoribus in Basilicarum Sancti Joannis Lateranensis, ac Principis Apostolorum, & Cancellariae Apostolicae valuis, ac in acie Campi Flora de Urbe de more publicentur, & affigantur, quæ affixio & publicatio ita omnes & singulos, ad quos spectat, afficiat, & arctet; ac si illis personaliter intimata fuissent; & quod illarum transumptis, etiam impressis, manu alicuius Notarii subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constituta munitis, eadem prorsus fides adhibetur, quæ præsenter litteris adhiberetur si ostensæ, vel exhibita forent. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die viii. Decembris M.DC. LXI. Pontificatus nostri anno septimo. S. Vgolinius.

Item, scripsit epistolam ad PHILIPPUM IV. Regem nostrum, tenoris sequentis: *charissimo in Christo filio PHILIPPO Hispaniarum Regi Catholico. Alexander Papa VII. Charissime in Christo fili noster salutem, & Apostolicam benedictionem. Pro charitatis paternæ debito sedulam profectò curam adhibuimus extinguendis seminibus scandalosorum dissensionum, graviumque turbarum, quas à nonnullis annis occasione novartum alterationum de Beatissimæ Virginis Deiparæ Conceptione rursus in Regno Hispaniæ acriter excitatas esse, tūm è Majestatis tua, tūm è plurimorum Episcoporum, & aliorum ab hac sancta Sede remedium exposcentium litteris intelleximus. Nam post invocatam repetitis precibus Spiritus Sancti gratiam, sapè viros insigniter doctos, & Religiosos auditos, habitas plures, præsertim Venerabilium Fratrum nostrorum S.R.E. Cardinalium, Generarium Inquisitorum confutationes, de illorum consilio pariter, & assensu, Constitutionem edidimus, quam sanè (benedicente Domino) conscientiarum, & animorum quieti componenda*

faturam, piæ devotionis profectibus accommodatam, atque singulari, & in hac quoque re præclarè spectatæ pietati tuae, magnoperè grata fore speramus. Cuncta porro distinctè magis ex venerabili Fratre Episcopo Placentino, pro hac agenda causa Oratore ad Nos tuo, cuius egregia doctrina, & religionis accensa studia, toto hujs negotiis pertractati tempore Nobis bene cognita, & valde probata sunt, tūm ex Apostolico Nuntio nostro coram audies. Interim Nos Majestati tuae Deum usque propitium, & aspirantem ex omni corde precamur, & Apostolicam benedictionem amantissimè impartimur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die x. Decembris M. D. LXI. Pontificatus nostri anno septimo. F. Florentin.

ALEXANDER Sextus Papa, antea Rodericus Borgia Hispanus, pro *Conceptione Virginis Bullam unam*, in qua confirmat constitutiones Sixti IV. Pontificis Maximi. Vide Velazquez, fol. 346. Marracium in Pontif. Mar. fol. 162.

Item, dicentibus orationem: *Ave gratia plena Dominus tecum, tua gratia sit mecum; Benedicta tu in mulieribus, & benedicta sit Sancta Anna Mater tua, ex qua sine macula, & peccato processisti Virgo Mater, &c.* Concessit 30 milie annorum indulgentiam, ad annum 1494. ex Imagine impref. Parisis. Quod autem hic loquatur de Immaculata Virginis Conceptione, non indiget probatione. De hac etiam concessione facta anno 1494. agit Constantinus Ghinius in libro Dialogorum de imaginibus scris, fol. 107. num. 23.

Item, edidit constitutiones diversas, unam pro universali Ecclesia, alteram pro Congregatione Longobarda Sancti Augustini in favorem mysterij Immaculatae Conceptionis. Ita Marrac. in Pontif. Mar. fol. 162.

Item, ejus tempore valde dilatatum fuit per totum terrarum Orbem Immaculatae Conceptionis mysterium, multiplicantur sunt Confraternitates in Hispania, & crevit Monialium Ordo, quem etiam ipse approbat, &c. Marrac. ibi.

Item, edidit pro mysterio Conceptionis Bullas quamplures, ut videre est in nostro Indiculo Bularij, à fol. 117. & præcipue vocat ipsam Conceptionem Immaculatam in Bulla quæ incipit: *Illi⁹ qui se pro dominici gregis, &c. 10. kal. Martij, Pontificat, sui ann. 11. dicens: Eisdem Immaculate Conceptionis Officium celebrantes, &c. extat in libro Monument. fol. 157. in Firmament. fol. 58. in Specul. fol. 75. in Armament. col. 117. in Annal. Minor. fol. 38. & in nostro Nodo fol. 83.*

ALEXANDER Sforza Episcopus Parmensis, Italus, in Constitutionibus Synodalibus præcepit, ut observaretur festum Conceptionis Beatæ Virgins

MARIAE, vide Verbo Parmensis Ecclesia.

ALEXANDER Sperellus Protonotarius Apostolicus, Vicarius Generalis Parmensis, transluxit Italie librum R. P. Ludovici à Ponte Societatis Iesu Hispaniæ, sub titulo: *Guia Espiritual de la Oration, Meditacion, y Contemplacion*; in quo Part. 1. tractat. 2. §. 3. fol. 542. inquit: *Quod Beata Virgo MARIA ab instanti sue Conceptionis fuit filia lucis, absque mixtura tenebrarum, &c. lib. impreff. Romæ 1628. in 8.*

ALEXANDER de Strozzi Italus, & Episcopus Sancti Minniatis, in Synodalibus constitutionibus, sic inquit: *sexto idus Decembris, Conceptione Beatae*

*Beata MARIE Virginis absque macula originalis peccati, & colitur ex universalis consuetudine in nostra Diœcesis, &c. impress. Florentia 1638. in 4. fol. 33.*

ALEXIUS Figliutius, Ordinis Prædicatorum Italius in Catechismo, seu instruētione secundum decretum Concilii Tridentini, ad illa verba: *Natus ex MARIA Virgine, inquit: Perche MARIA la quale noi veramente confessiamo, & honoriamo come madre de Dio ( perche hā partorito una persona che fu insieme homo ē Dio ) trase origine del Rè David. Ma si come la Conceptione vinse è superò al tutto ogni ordine di natura; così parimente nel suo nascimento non se vede ne se considera cosa che non sea celeste, & divina &c. lib. impress. Rome 1571. in 8. Cū codem modo loquatur Auctor iste de Conceptione, sicut de Nativitate Virginis, & iste aequaliter fuissest extra omnem ordinem naturæ, igitur aq[ue] fuerunt secundum ordinem gratiæ.*

ALEXIUS de Lannoy Ordinis Minorum Flander, in libello: *Theses Theologicæ de prærogativis immaculatae Deiparæ Virginis MARIE, ad mentem Doctoris subtilis Theologorum aquila Ioannis Duns Scoti, disputandæ Gandavi sub Comitiis Provincialibus, habet totam epistolam Domino Antonio Triest Episcopo Gandavensi, de Conceptione Immaculata Virginis, & eius à peccato originali præservatione. Et fol. 1. agit latè de ejus prædestinatione.*

Item eodem folio à tergo in 1. conclusione: *De Conceptione virginis immaculata: In sua Conceptione, nec peccato originali obnoxia fuit, nec peccati illius ultam maculam, sive positivam, sive privativam, sive anima contraxit: imo nec contrabere debuit. Nunquam enim fuit sub malfa damnationis, in qua omnes filii Adæ peccati ipsius merito constituuntur; in quo omnes peccaverunt. Quia Deipara Virgo, nec moralis Adæ filia fuit; nec in illo peccante, peccavit, utpote nec legi primi illius peccati subjecta. Non enim pro te ( o purissima ) sed pro omnibus hac lex constituta est &c. Virgo enim illa sanctissima non fuit concupiscential concubitu procreata; sed eam parentes ejus velut virginitatis thesaurum, castè & sanctè munere suo functi, ac immaculati produxerunt &c.*

Item, in tertia conclusione de productione ejus & existentia, agit de ejus præservatione à labe peccati originalis. Et quarta Conclusio, de Conceptione illius sanctæ & merito; est tota de hac materia, & sic usque ad decimam conclusionem: ita ut melius posset dici tractatus, quam theses. Fuerunt habita Gandavi die 5. Maij, & impressa Ibris anno 1656. in 4.

Item, in thesibus de Peccato originali habitis Brugis in Capitulo Provinciali, eo præside, conclusione prima defensum fuit: Christum, & MARIAM non habuisse originalis peccati maculam, sicut posteri Adamis; & conclusione 2. sic dicit in forma: *Hinc MARIA, ut conceperetur sine originali peccato Adami, excepta fuit: ut conceperetur sine concupiscentia, & fomite peccati, de semine mundato, absque concupiscentia, & carnis pruritu à parentibus suis Ioachim, & Anna, sanctè & castè propagata fuit &c. impress. Gandavi 1662. in 4.*

ALEXIUS de Morales Canonicus Magistralis Civitatis de Loxa Hispanus, in oratione funerali Philippi III. Hispaniarum Regis, fol. 19. *De devotione ejusdem circa mysterium immaculatæ Conceptionis Virginis MARIE, impress. Granatae 1621. in 4.*

ALEXIUS Segala è Salò Franciscanus, natione

Italus, in lib. meditationum pro omnibus diebus anni, die 5. Ianuarii: *Mysterium secundum de Immaculata Conceptione Virginis MARIE, meditationem unam, & est in ordine 5.*

Item, 5. Januarij de topia grata, quæ fuit exornata Beata Virgo MARIA in sua pura, a sancta Conceptione. Meditatione 6. quæ extat in fol. 176. Vide ibi. Lib. impress. Venetiis 1653. in 4. & Brixia 1612. in 12. à fol. 12. & in Gallia.

Item, in Arte amandi, ac colendi Deiparam, sive, ut habet originale Italicum, in exercitijs spirituilibus ad Beatam Virginem MARIAM, conditione 3. sic inquit: *Divinus etiam ille vir Sanctus Dionysius sanctitatem definiens, ait: esse perfectam puritatem omnis peccati expertem, & nulla sorde fidatam; quapropter vere pronunciare licet, puritatem nihil aliud esse, quam culpa cuiuscumque immunitatem. Iam igitur pio lectori censendum relinquendo, qua puritate nituerit anima Sanctissimæ Virginis Deiparæ, que una ac sola iner omnes meros Adæ filios libera, atque expers fuit omnis culpa, non actualis tantum, sed etiam originalis congenitæ quandoquidem, ut ait D. Anselmus, decens erat, ut ea purificare, qua major sub Deo nequit intelligi, Virgo illa niteret, &c.*

Item cap. 3. licet mendosè in Biblioth. nost. sic noster Segalæ & cur iniquum ( id est SS. Patres ) ante secula omnia prædestinatione quadam prima in matrem Dei delata est? *Et cur in Sanctæ Annæ matris vetero Spiritu Sancti beneficio facta est Sancta, & Immaculata, nisi ut esset hospitium, & tabernaculum dignum filio Dei? cur Conceptio eius peccatum originale necessitavit, nisi quia Verbum Dei ex ejus carne carnem mundissimam, & maculæ omnis expertem sibi erat assumpturam? &c.*

Item, de duodecim stellis, in declaratione stellæ 2. sic inquit: *Altera stella, qua Dominæ nostræ charissime magno ornamento est, vocatur dignitas sanctificationis, sive Conceptionis, per quam factum, ut cum anima ejus sanctissima explet corpus ipsius animare, & velut connubio quodam copulare, nec minimâ quidem peccati originalis macula contaminata est, nam Deipara in ipso ipsissimo Conceptionis sive instanti ( vt scholas loquuntur ) ampliori gratia cumculo dotata est, quam antea inquit, aut postea, creatura quacumque, seu coelestis, seu terrestris, &c. Vide totum caput, seu stellam, quæ extat in nostra Biblioth. fol. 271.*

Item, de duodecim reverentiis, sive gaudiis, sic inquit: *Secundò mihi gaudeo, tibique, & tecum toto pectore gratulor, o Virgo gloria, concepta te incontaminata, & sine originali peccato, adeò ut pulchritudine, & puritate Angelos ipsos coelestes antecellas. Hæc omnia reperies in operibus ipsius Segalæ italicæ impress. Venetiis 1653. in 4. & in nostra Bibliotheca, sive Mari magno MARIÆ tom. 1. à fol. 179. & in originali impress. Brixia anno 1612. cum figuris in 12. Regal. Gallia 1614. & etiam Coloniae anno 1630.*

ALOYSIUS Lippomanus Ordinis Carthusianorum Episcopus Metonensis, & Veronensis, natione Italus, in libro: *Catena in Genesim, cap. 15. in principio, ad illa verbas: Noli timere Abraham, inquit: Sie itaque Deus protector est omnium in se sperantium, ac diligentium se, qui licet interdum vincantur, & cädant, non ex divina protectionis defectu, sed ex protectorum infirmitate, & negligentia; sicut autem protectio-*

nis divinae diversi gradus, nam Beatae Dei genitricem, non solum ab omni mortali, & veniali; sed etiam ab originali peccato protexit. B. Thomas super 1. sentent. quart. 44. art. 3. ad 3. dicit: Potest aliquid creatum inveniri, quo nihil purius in rebus creatis inveniri possit, si nulla contagione peccati inquinatum sit; & talis fuit puritas Beatae Virginis, quae à peccato originali, & actuali immunis fuit. Sanctificatos autem in utero, & confirmatos in gratia protexit deinceps ab omni mortali, ne laberentur in illud; indiguit verò Abraham protectione divina præcipua, quoniam in medio Idololatrarum, ac pessimorum tunc morabatur, ne cum perverbiis illis perverteretur. Hec Lippomannus, quæ extant, fol. 192. à tergo, lib. impress. Parisiis 1546. & Lugduni 1657. in fol.

**A L O Y S I U S** Novarinus Clericus Regularis Italus Veronensis in lib. de Vita MARIE in utero Sancte Annae, multa, & sanè erudita adducit pro immaculata Conceptione Virginis MARIE: Italicè impress. Verona 1641. in 16. & ex Marraccio ibidem 1645.

Item, quod Beata Virgo MARIA ab omni peccato, ac culpa etiam originaria immunis fuit. In lib. super Lucam, cap. 1. sectione 9. num. 92. fol. 24. impress. Lugdun. anno 1643. in fol.

Item, in Umbra virginæ, lib. 3. Quod sub Spiritus Sancti umbra ab omni concupiscentie astu MARIA fuit immunis; excursum unum, fol. 88. & est in ordine 15.

Item, quod sub Spiritus Sancti umbra omnem culpam umbram Maria exclusit; excuso 16.

Item, quod MARIA sub Dei umbra sine peccati originali debito eximitur, excuso 18.

Item, quod Virgo MARIA immunis extitit ab originali peccato, cap. 32. fol. 351.

Item, quod Spiritus Sancto tribuenda est Virginis Conceptione, cap. 35. fol. 357.

Item pañum alia reperies pro immaculata Virginis Conceptione, in eodem libro impress. Turnoni. an. 1640. in fol.

**A L O Y S I U S** Pariola Ordinis S. Augustini Mediolanensis in lib. dicto: Flores directorii inquisitorum adducit decreta Pauli V. & Gregorii XV. pro Conceptione Virginis MARIE cum attestacione Andreæ de Petinis, impress. Mediolani 1625. in 4.

**A L O Y S I U S** de san Severino Princeps Bisinianus, Comes Saponaria Italus, in lib. Collectaneum, seu Catena Sanctorum Patrum, & aliorum veterum in primos quinquaginta Psalmos Regis Davidis, &c. tom. 1. Psalm. 44. ad illa verba; adstitit Regina, &c. colum. 1282. agit de preservatione Virginis MARIE à peccato originali eruditè, & latè, lib. impress. Neapoli 1635. in fol.

Item, tom. 2. Psalm. 77. ad illud: Et eduxit eos in nube dici &c. de immaculata Virginis Conceptione, latè à colum. 1637. impress. in fol. ubi citat plures antiquos Sanctos Patres.

Item, in libro: Considerationes devotissimæ respicientes mysteria Incarnationis Dominicæ, ex variis SS. PP. Doctrinis collectæ; & ad usum placentium Sacratissima Virginis Rosarium &c. fol. 70. salutat hoc modo Virginem: Ave solis ortus, qui nullum norit occasum, & fuit impress. Neapoli 1640. in 4.

**A L O Y S I U S** Sideræs Societatis JESU Italus in opere prenotato: Iter ad celum, sive practicæ spirituales, laudat, & veneratur mysterium immacu-

late Conceptionis Virginis MARIE, impress. Neapoli 1641. vide Vincentium Carrara.

**A L P H O N S U S** de Andrade Societatis JESU Hispanus, in discursibus de Baptismo Domine nostræ, dict. 2. sub hoc titulo: Quæ estu tan lejos el Bautismo de menoscabar la opinion de la Santissima Virgen, que antes dio nuebos realces de honor à su pureza; vbi de purissima Conceptione Virginis MARIE agit. Vide latè ibidem, impress. Matri 1639. in 4.

Item, in lib. Guia de la virtud, i de la imitacion de N. Señora, &c. Lib. 2. cap. 4. sub hoc titulo: De la Conception de nuestra Señora y de la virtud de sus Santos Padres, con que la merecieron tener por hija, per totum à fol. 16. vique 20.

Ibidem lib. 3. cap. 2. f. 151. del exemplo de virtud que nos dio la Santissima Virgen desde el primer instante de su Conception, per totum fol. 151. vique 155. impress. Matri 1642. in 4. Vide etiam Tom. 2. & 3.

Item quod V. MARIA Regina Angelorum fuit Concepta die octava Decembri, anno à creatione mundi 4072. in libro impress. Matri 1646. in 4. fol. 501.

**A L P H O N S U S** Aragonum Rex Quintus (ut dicitur in constitutione edita à Joanne Rege Aragonum 2. expedita anno 1451.) publicavit constitutionem, seu pragmaticam circa sanctam, & purissimam Conceptionem Virginis MARIE, Domina nostre, &c. Sic in præallegata constitutione Joannis, que exiit apud Ioannem de Pineda ad finem, & seorsim quater typis mandata lingua Latinâ, Hispanicâ, & Cathalanâ.

**A L P H O N S U S** de Avendaño Ordinis Prædicatorum Hispanus, in commentariis in Evangelium Divi Matthæi tom. 1. cap. 1. folio 56. inquit: Decebat enim, ait Paulus, ut talis nobis esset, Pontifex sanctus, innocens, impollitus, segregatus à peccatoribus & excelsior cœlis factus. Non ergo decuit, ut in polluto utero generaretur, qui tantum secum præferebat munditiem; sed sicut ipse flos est de radice Jesse, ita & radix florida esset & diceret ipse verus Rex Salomon: lectulus noster floridus, nam si radix sancta, & rami. Non quod aliqua ex Matre sanctitas acceſſerit Christo, cum ex unione hypostatica illam haberet, sed quod maxime decuit tantam sanctitatem Matrem etiam omnis labis expertem habere. &c. Clara est hæc auctoritas pro Virginis MARIE immunitate; sed illud nota, sicut flos, ita & radix, sed flos iste fuit sanctus, innocens, impollitus, segregatus à peccatoribus ab instanti Conceptionis, igitur & radix MARIA Mater fuit sancta, innocens, impolluta, & segregata à peccatoribus ab ipsa Conceptione.

Item, infra folio 39. col. 1. Unde idem Paulus dicit: ipse idoneos nos ministros fecit novi testamenti, simul eos elegit ministros, & simul idoneos fecit ad suum ministerium exequendum, sic de Beatissima Virgine philosophandum est, ipsam ad tales dignitatem evexit, ut Mater Dei diceretur, & esset talem ergo fecit, quam ad tantum munus oportebat ut esset, tot decoravit virtutibus, tot gratias, & privilegia ditavit, quibus decenter ornata Mater tanti filii meritò videretur vocari, si ergo hoc mihi de ea referas, jam quidquid addideris, minùs apparebit. Si auri dominum hunc hominem mihi dicas esse, supervacaneè inculcas ipsum etiam æs, ac cuprum possidere, vel ferrum. Autrum

rum omnium metallorum pretiosius possidet, quid magnum, si ferrum, aut cuprum etiam habeat? Si Beata Virgo Mater est Dei, quid amplius de ea mihi dicere poteris? quod Virgo concepit, quod Virgo peperit, quod Virgo in aeternum permaneat, quod gratia plena, quod sancta in Conceptione, sancta in ortu, sancta in omni opere fuit, quod super choros Angelorum elevata, jam minora haec apparent, quam primum. Quid non pro tanta matre faceret, qui omnia potest, &c.

Item, infra folio 40, sibi ergo verus Salomon hoc fabricavit ferculum de lignis Libani; ligna alba, odorifica, ac incorruptibilia erant, nam integrum ac incorrupta perseveraverat Virgo semper, cum enim circa eum deberet esse, quam ex incorruptibili materia lignorum fieri precepit Deus, decebat in nullatenus eam corruptionis macula tangere, atque hanc munditudinem redolebant ligna illa Libani, unde Psal. 44. Myrrha, & gutta & cæsia à vestimentis tuis à dominibus eburneis. Domus eburnea Virginico candore præfulgens, Virgo Mater est, quæ statim myrrham redolet, quæ incorruptionem significat, & hic odor unicus erat in vestimentis ejus, hoc est, in carne, quæ nunquam sensit corruptionem. Et hic odor ab anima etiam ortum habuit, quam nunquam factor ullius criminis coquinavat, &c. Libr. impress. Matriti 1593. in folio.

**ALPHONSUS** Avila Bellmontanus Hispanus, edidit conciones de festivitatibus Beatissimæ Virginis Mariæ, ubi de ejus *immaculata Conceptione* absque originali peccato agit. Impress. Antwerpæ, vt dicit Hippolyt. Marrac, in Catalogo. ad annum 1610.

Item scriptit Epigramma, *pro immaculata Conceptione Virginis MARIE*, impress. cum aliis Granatae 1611. folio 314.

**ALPHONSUS** de Ayala & Guzman, Doctor Hispanus, *de immaculata Conceptione Virginis MARIE Domine noſtre*, in Parrochia Sancti Michaelis civitatis de Xerez de la Frontera, in die Apostoli Sancti Barnabæ 11. Junii, anno 1615. Sermonem unum, ubi probat immunitatem MARIE ex doctrina Sanctorum, præcipue Sancti Thomæ Aquinatis. Impress. Hispali anno 1617. in 4. & 1615. etiam in 4.

**ALPHONSUS** de Bascones, Ordinis Minorum, Hispanus in 4. part. sub hoc titulo: *Pictima del alma en vida y muerte, quarta parte del Desfierro de ignorancias*, fol. 144. agit *De purissime Virginis Immaculata Conceptione*. Lib. impress. Valencie anno 1626. in 8.

**ALPHONSUS** Barrantes, Ordinis Prædicatorum, Hispanus, cum aliis ejusdem Religionis doctissimis, ac gravissimis Patribus, scriptit Epitolum ad Summum Pontificem circa mysterium *Immaculata Conceptionis Virginis MARIE*, quam integrum adducit R.P. Joan. Euseb. lib. de Exception. cap. 34. fol. 414.

**ALPHONSUS** de Bohorques Ordinis Carmelitarum, Hispanus, in Sermone canonizationis S. Ignatii folio 6. inquit: Así la Virgen, tota pulchra es amica mea: toda hermosa fois, y mancha no ay en vos, quiere decir, toda hermosa fois, y mancha, y scréis, i no ubo, ni ay, m aura mancha de peccado en vos amiga mia, de manera, que muger ay sin mancha, mas varon, &c. Sermone impresso Hispali 1622. in 4.

**ALPHONSUS** de Bonilla Poëta Hispanus, in

libro dicto Hispanice: *Peregrinos pensamientos de misterios divinos*, folio 3. *de Immaculata Conceptione Virginis MARIE* poëmata sex, usque ad fol. 6. Et infra, *de eadem Immaculata Conceptione*, aliud poëma, folio 34. Et infra, *de eadem Immaculata Conceptione*, poëmata quinque, folio 130. Libr. impress. Baeza 1614. in 4.

Item, scriptit librum sub hoc titulo: *Nombres y atributos de la impecable siempre Virgen MARIA nuestra Señora en octavas, &c.* Impress. Baeza 1624. in 4. & ferè totus est de hoc mysterio.

Item, in quadam certamine poëtico edidit glosas pro *Immaculata Virginis Conceptione*, ut videre est in libro Antonij de Calderon folio 74. & 79. & 85. Et in certamine pro sacrario Toletano folio 58. inquit:

T asf se ajusta con vos  
La sin mancha concebida, &c.

Libr. impress. Matriti 1617. in 4. per Petrum de Herrera.

Item, aliud sub hoc titulo: *Glosas à la Immaculada Concepcion de la siempre Virgen MARIA*, glofando este versó que comunmente cantan los niños: todo el mundo en general, &c. Et incipit: *Sin mancha de pecado*. Impress. Baeza 1615. in 4. cum Imagine Immaculata Conceptionis. Et Vallitoleti anno 1618. in 4.

**ALPHONSUS** de Cabrera, Ordinis Prædicatorum, Hispanus, tom. 1. Considerationum super Evangelia, scriptit sermones tres de *Conceptione Domina nostre*, à fol. 174. usque 228. in quibus sequentibus verbis suam declaravit sententiam. Sermone 1. ad illa verba: adjuvavit eam Deus manè diluculo, inquit: Pero ninguno fue ayudado al amanecerse privilegio es de la Virgen, que en el mismo punto que amaneció en ella el ser natural, salga esta Aurora dorada con la luz, y arreboles de la gracia, &c. Y Dios no solo es poderoso para librarr del cautiverio, y servidumbre, sino para librarr de la obligación de venir en prisión, &c. Otra cosa es, non habentem maculam, sin mancha, sin lunar; essa es lindeza de la Madre de Dios, que es tota pulchra: aquí hizo el Señor demonstracion de su poder; porque estando el alma entre Faraon, y el mar atajada, esto es con obligacion de caer en peccado, por el mismo caso que avia de entrar en el cuerpo humedo por la concupiscencia, llega Christo divino Moyses con la vara de su virtud, y detiene al pecado para que no la cautive, y haze camino por donde passe a pie enjuto, &c. pero atajole Dios los passos, y quando fue su tiempo, hizo una Virgen tan pura, una carne tan limpia, y olorosa, que de ella la pudo tomar Dios. La carne de Christo, no solo no pudo tener peccado, sino era la triaca, y contrahiera que quita los peccados del mundo, pues con vino, que la carne desu Madre, aunque le pudo tener como hija de Adan, de hecho no le trivesse, ni olor, ni resabio del, &c. MARIA de la qual nacio JESUS, como si dixera, estos supuestos nunca fueron peccadores: aqui paro la corriente del pecado, que se traduce con la generacion, no dice Padre, ni Madre de la Virgen, como san Pablo ponderó de Melchisedech, que lo introduce la Escritura sin Padre, sin Madre, sin genealogia, así introduce S. Matheo a la Virgen, como advirtiendo, que no heredó de ellos el pecado, sino el ser natural solemnemente, para que con verdad se diga de ella: Si-

*C*ut liliū inter spinas, sic amica mea inter filias, como la azuzena blanca, nacida entre spinas; pero sin ellas, así entre tantos Padres pecadores salió esta blanca flor *apartada de culpa*, de la qual ha de nacer el mejor fruto que Dios tiene. Mas ponela en cadena con su iugo, de qua natus est, para dar a entender la causa, y origen de su limpieza; porque así como en las otras generaciones los hijos heredan de sus padres la mancha de la culpa, así por el contrario en esta, la Madre heredó toda su pureza, y gracia de su hijo, &c. Pero mirad, que también se pregonó, que no ofrezcan dematido, no le deis la penitencia, que presupone peccado; esa joya en nosotros parece bien, mas en la Virgen es superflua; no pongáis en ella Resurrección a gracia, que presupone caída, porque nunca cayó, ni pecó, ni ay en ella macula original, ni actual, &c.

Item, Serm. 2. Esta fue la primera resistencia, aquí quebró a la antigua serpiente la cabeza, y comenzó la ruina que se acabó en la Cruz. Y así esta fiesta de la limpia Concepción, que oy celebramos, &c. Delde el instante de su Concepción, en que fue sanctificada con mayor exceso que los hombres, y los Angeles, &c. Sola esta Señora es montón de trigo, rodeado de azuzenas, todo grano, flor sin espina, toda llena de gracia, *sin rastro, ni olor de culpa original, ni actual, mortal, ni venial, ni en el cuerpo, ni en el alma, que tener el cuerpo entero, y el alma violada con culpa original, fuera grande corrupcion, &c.* Conuino que la Virgen resplandeciese con tanta puridad, quo debaxo de Dios no se pudiese entender otra mayor, dize San Anselmo. La pureza de Christo Dios, y hombre es no auer tenido peccado original, ni actual, ni poderle tener por naturaleza: lo que a este inmediatamente se sigue, es la de la Virgen, que aunque le pudo tener por naturaleza, *fue preservada del por especial privilegio de la gracia, &c.* La Virgen abogadas luego fue concebida sin pecado, nació, y vivió sin pecado, porque ruego por nosotros, porque no se ocupe en rogar por si, y sea sin culpa santa, inocente, *sin macula, ni fealdad, ni sombra de pecado, y por tal no la dà el Espíritu Santo, diciéndole a boca llena: Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te, &c.* Alabo la diligencia, sollicitud, e intencion, y animo deuotissimo de los Hermanos, y Cofrades de la limpia Concepción, que son los defensores de la honra de la Madre de Dios, los Procuradores de su nobleza, testigos jurados, y rogados en la pureza de su hidalguia, y de que nunca fue villana, ni pecadora de la culpa &c.

Item, Serm. 3. La fiesta de oy toda es limpia, y no se ha de tratar sino de pureza, pues celebramos la Concepción limpísima de aquella blanca Paloma, castísima tortola, y singular Esposa de Dios María. La tota pulchra, sin macula en el cuerpo, y en el alma, gloria, y ornamento de las mugeres, y alegría de los hombres, que vence a los Angeles en pureza, y a todos los Santos en santidad, y gracia tan libre de pecado, que no le vió, ni pudo encontrar con ella, aunque venia por sus paños contados; confiado que la animacion de aquel cuerpecito virginal no se haria sin él, como todas las demás de los hijos de Adan. Pero quedose burlado, porque el Señor le ganó, y defendio la entrada, y le dio con las pueras en los ojos, &c. *Hizola llena de gracia desde el instante de su Concepción.* Esto fue

armarla sobre columnas immobiles, &c. Pues la gracia de Maria toca a la de Christo, baxad vn solo punto de la gracia de Christo, que la inmediata, y la mayor es la de la Virgen, con la gracia del menor Angel no hubo culpa aun levissima y la gracia de la Virgen (que es incomparablemente mayor que la del supremo Angel) no auia de impedir la culpa original, que es mancha tan sucia, y que priua de la vista de Dios &c. Pues si la Concepcion de Maria es dia claro, y sereno en que amanecen la luz, y cessa la tempestad, si se cuenta entre los dias mas solemnes del año, y es la primera de las fiestas del nuevo testamento, antes llena de compañía, y concurso de Fieles deudos de la Concepcion, que concurren a las Iglesias a loar a la Virgen, y predicar su pureza, como se puede pensar, que consta claridad, y admirable resplandor, se pudo cansar la noche del pecado original, &c. Alia quā plura inuenies sparsa in prædictis tribus sermonibus pro immaculata Virginis Concepcione. Libr. impress. Cesaraugusta anno 1610. in 4. & Barchin. 1609.

ALPHONSUS Carrafa S. R. E. Cardinalis, Archiepiscopus Neapolitanus præcepit, vt in toto Regno Neapolitano coleretur dies præexcellētissime, & immaculatae Conceptionis Beatae MARIAE Virginis Deipare, ut videre est in decretis Synodi Neapolit. f. 59. impress. Neapoli 1568. in 4.

ALPHONSUS de Cassarubios Ordinis Minorum, Hispanus, in libro: Compendium Privilegiorum Fratrum Minorum, verbo: Conceptio Virginis, adducit Summorum Pontificum præcias concessiones, indulgentias, indulta, & alia, pro mysterio, ac festivitate, & officio Conceptionis Virginis Dei Maris MARIAE. Libr. impress. Venetiis 1531. in 8. folio 52. & Coloniae 1619.

Item, ibidem folio 125. adducit Indulgencias Stationum de Urbe, in Vigilia, & Feso Conceptionis Beatissime Virginis MARIAE, ut supra, & in libro impress. Parisiis 1578. folio 48. & 111.

ALPHONSUS à Castro Ordinis Minorum, Hispanus, in libro adversus Hæres lib. 12. verbo: Peccatum. Hæres 9. affirmat, quod Beata Virgo MARIA singulari Dei gratia prorsus impeccabilis fuerit, priuilegiumque hoc nulli alteri fuerit concessum, vide etiam lib. 1. cap. 7. fol. 17. Et quod Virgo MARIA omni peccato caruit originali, & actuali in jedem lib. impress. Parisiis 1571. in fol. & 1578.

Item, lib. 1. de iusta hereticorum punitione cap. 8. litera A. fol. 67. inquit loquendo de utraque sententia: *Ego quidem Virginem Deiparum sine peccato originali fuisse conceptam credo, quia hoc magis pium est, & magis dignitati Matris Dei conueniens, &c.* Et lib. 1. cap. 3. agit de hac propositione: *Virgo MARIA concepta est cum peccato originali, quam veritatem habeat.* lib. impress. Salmanticae 1547. & alibi.

ALPHONSUS de Castro Doctor Hispanus, edidit Hieroglyphicum pro immunitate Virginis MARIAE a peccato originali. Impress. Baeza 1618. in 4.

ALPHONSUS à Castro Ordinis Prædicatorum Hispanus, correxit, emendavit, ac imprimi curavit Mariale, seu Sermones festivitatum annualium Beatissimæ Virginis MARIAE, R.P. Fr. Sanctij à Porta, in quo, Sermone de Incarnatione, multa adduxit testimonia pro immunitate Virginis MARIAE. Vide ibi, & verb. Sanctius à Porta. Iste saltem non fuit contra.

ALPHON-

**ALPHONSUS** Chaconius Hispanus, Chacon Biacensis de Baeza, Ordinis Prædicatorum in vits Summ. Pontific. in Gregorio VII. folio 340. inquit : Floruit ejus tempore Anselmus Archi-episcopus Cantuariensis Monachus S. Benedicti, Doctor gravissimus, de quo Vincentius Belvacensis, qui instituit, ut in suo Archiepiscopatu celebraretur Festum Conceptionis Beatae Virginis, quam antea primus instituerat Patriarcha Aquileiensis ; Monachus Benedictinus filius Caroli Regis Francie anno 841. Libr. impress. Romæ 1601. in folio. Vide etiam fol. 98r. ubi de festivitate Conceptionis à Sixto IV. instituta.

Item, in prima parte de variis devotionibus de Conceptione Beatissime Virginis MARIE. Commemoratio ad mensem Decembbris. Lib. impress. Romæ 1600. in 16. Et impress. 1601. in 12. folio 296. qua ergo de causa dicendum est istum Doctissimum Scriptorem, militasse pro contraria opinione vidi istius aliqua opera minora, ut de Cruce &c. sed nec verbum habet pro opinione sanctificationis; ergo cum iste nihil habeat contra directe, nec indirecte, non tota Religio Dominicana est contra piam sententiam.

**ALPHONSUS** de la Cruz Ordinis ..... Hispanus in 1. part. Sermonum in festo immaculatae Virginis MARIE, discursum Euangelicum, a fol. 25. usque 50. lib. impress. Barchinona 1600. in 4. & Matrixi 1599. in 4.

**ALPHONSUS** Deza Doctor Complutén. Societas Iesu, Hispanus, affirmabat, quod Christus Dominus non esset in periculo contrahendi peccatum originale, erant Virgo Maria illud habuisset. Ita refert Luis Turrianus in select. disp. cap. 1. disp. 14. dub. 7. fol. 84. colum. 1. ad medium.

Item, dicere solebat, quid in materia immunitatis Conceptionis, seu preservations Virginis MARIE à peccato originali, tenenda erat mens Sancti Thomæ Aquinatus non littera, sed spiritu. Quod mirè explicabat, ut refert Ioannes Antonius Velazquez lib. 3. de Immaculata Concept. Dissert. 2. annos 6. fol. 382. De quo etiam dicebat mira R. P. atq[ue] doctissimus Didacus de Zelada, cuius memoria in benedictione sit.

**ALPHONSUS** Diaz Hispalensis Poëta, in libro: Historia de Nuestra Señora de aguas sanctas Cant. 3. folio 42. & Cant. 8. folio 92. quid Virgo Maria contrivit caput serpentis, ac tandem folio 162. inquit :

T'efla torre, este castillo  
Donde pende tanto escudo  
Gusanos no han de batillo,  
Mas si la culpa no pudo

Como podra un gusanillo. Vide alia ibidem lib. impress. Hispali 1611. in 8.

Item, in alio libro Hispalensi folio 65. habet poëma pro Immaculata Virginis Conceptione. Lib. impress. Hispali 1616. & Matrixi 1619. in 4.

**ALPHONSUS** Dominicus Ordinis SS. Trinitatis, Hispanus, in tractatu de mysteriis Canticorum ad diem octavam Decembbris, adducit Indulgencias Conceptionis Virginis MARIE in Urbe. Lib. impress. Roma 1647. in 8. Iste & alii hujusmodi saltem sunt protestativi; in una enim Militia & magna sicut ista, non omnes debent esse milites strenui. Sufficit enim, ut sint protestativi.

**ALPHONSUS** Ezquerra Societas Iesu, Hispanus, de Conceptione Immaculata Beatae Virginis MA-

RIÆ cap. 1.2. & 3. in lib. Hispanicæ inscripto. Passos de la Virgen, impress. Compluti 1629. in 4. cum, imagine immaculatae Conceptionis in libræ principio.

**ALPHONSUS** Fernandez Ordinis Prædicatorum, Hispanus, in libro de devotione & miraculis Rosarii atque de sua origine, &c. in tabula Evangeliorum fol. 27. De Conceptione Beatae Virginis MARIE indicem. Libr. impress. Matrixi 1627. in 4. Et alibi, ut diximus in Nodo indissolubili, à pagina 735.

Item, in historia de Annalibus Civitatis, & Episcopatus Placentin. libro 1. cap 28 folio 201. ad annum 530. inquit: Por este tiempo fundaron el monasterio de la Concepción de Truxillo ocho monjas del Monasterio de la Concepción de Cabeza del Buey, fundacion de Don Martin Rol, comendador del horden de Alcantara, y no teniendo Iglesia el santo Pontifice Pio Quinto les aplicó la Parroquia de san Clemente, que estaba junto al Monasterio, la qual acomodaron en el otro edificio, y fue tener el Monasterio cincuenta Religiosas. &c.

Item, en Medellin el Monasterio de la Concepción se fundó por soror Anna de Jesús, y por dos compañeras suyas año de 1551. Al principio fueron Terceras, y año 1568. recibieron y profesaron la regla de Monjas de la Concepción, donde viven treinta y cinco Religiosas. Libro impress. Placen. 1625 in folio. Si iste non adducitur cum sufficienti fundamento pro pia sententia, ut pariter clamarunt contra SOLEM VERITATIS Doctor incognitus de Parra, & alter cognitus de Prado, saltem debebant ostendere aliud simile debile fundamentum suæ militia in contraria opinione, ut ex illo probarent illam universalem conclusionem: Omnis Religio Dominicana stat pro sanctificatione: sed de hoc latè dictum est in libello Hispanico: Soplos contra los Atomos &c.

**ALPHONSUS** Ferriol, & Caicedo Hispanus, edidit librum sub hoc titulo: De las fiestas que en honor de la Immaculada Concepcion de la Virgen MARIA nuestra Señora celebró su devota, y antigua hermandad en San Francisco de Granada, año 1615. impress. Granata 1616. in 4.

**ALPHONSUS** de Frias Ordinis Minorum, Hispanus, disposuit, & typis mandauit Sermonem D. D. Petri Gonzalez de Mendoza, in Capitulo Generali celebrato in Toletana Ciuitate anno 1606. in quo fol. 15. loquitur de Purissima Conceptione Virginis MARIE, de Joanne Scoto, & Domina Beatrice de Silua, &c. Serm. impress. Compluti 1608. in 4.

**ALPHONSUS** de Fuentidueñas Ordinis Minorum Hispanus, in lib. dicto: Titulo Virginal de nuestra Señora, cap. 9. vbi comparat MARIAM cum sole, tortum est de immaculata Virginis MARIE Conceptione, ac præservatione ipsius à peccato originali à fol. 48. usque 67. lib impress. Pamplona anno 1499. in fol.

**ALPHONSUS** Gomez de Rojas, Canonicus, Doctor Hispanus, edidit sermonem sub hoc titulo: Sermon en la solemnissima Octava que se celebra en la Iglesia de San Gil de esta Ciudad de Seuilla, á la Immaculada Concepcion de la Santissima Virgen MARIA nuestra Señora, á quien no recó la primera culpa, ni el debito de ella, &c. impress. Hispali 1616. in 4. & incipit: Nunca los casos, &c.

Item,

Item, edidit aliam concessionem sub hoc titulo: Sermon del dia de la immaculada Concepcion de la Santissima Virgen MARIA nuestra Señora, en la solemne fiesta que celebrò la insigne Cofradia de la Santissima Cruz en Ierusalen; en su Iglesia de San Antonio Abad, de la ciudad de Seuilla, en cumplimiento del voto que hizo de tener, y confessar la verdadera, y santa devocion, de que la purissima Madre de Dios fue concebida sin mancha de pecado original. Impress. Hispali 1616. in 4. & incipit: El soberbio Aman.

Item, edidit alium Sermonem de *immaculata Virginis Conceptione*; impress. etiam Hispali 1617. in 4. & incipit: Poco importa.

Item, in Sermone funerali venerabilis Patris Dadi Granados Societatis Jesu, fol. 10. agit latissime de devotione prædicti Patris ad *immaculatam ac purissimam Virginis MARIE Conceptionem*. Impress. Hispali 1632. in 4.

**ALPHONSUS** de Herrera, Ordinis Minorum Hispan. in lib. cuius titulus est: Consideraciones de las amenazas del juicio, y penas del in fierno, &c. Epistola dedicatoria, est ad Virginem MARIAM *Concepam absque peccato originali*. Lib. impress. Hispali 1618. in 4. vide Dazam fol. 52.

**ALPHONSUS** Hurtadus de Mendoza, Ordinis Minorum Hispanus, edidit Sermonem *pro celebritate immaculatae Conceptionis Virginis MARIE*; impress. cum alijs Granatae anno 1651. fol. 365.

**ALPHONSUS** Januarius Patricius Neapolitanus; in libro sacrorum carminum ad Clementem VII. folio 105. ad divam Annam inquit:

Conceptu Anna tuo lata, & letissima partu  
Et merito debes, & meritè esse potes.  
Est Concepta tua, luce hac, tua filia in alto,  
Mater, & aeterni sponsa futura Dei.  
Quia nascente Deus gaudet Matre futura,  
Et quia nascetur gaudia, ubique nova.

Item, in diem, quâ orta fuit MARIA Virgo, folio 91. & folio 119. adducit carmina, quæ tam respiciunt ortum Virginis MARIE in utero per Conceptionem, quam ex utero per Nativitatem. Vide ibi, libr. impress. Neapoli 1533. in folio. Iste vixit parum post Sextum IV. & licet non sit expressus, tamen faver, & cùm nihil aliud habeat de hac materia in toto illo suo libro magno, videant in isto quomodo verificabitur illud: ante quadraginta, vel quinquaginta annos, omnes Scriptores sustinebant opinionem sanctificationis.

**ALPHONSUS** de Ledesma Segouiensis Hispanus, in lib. conceptuum spiritualium, habet cantiones pro *Conceptione Domina nostra Virginis MARIE* à fol. 194. usque 196. impress. Matrii 1602. in 8. cum imagine *immaculatae Conceptionis*.

Item, in libro Domina nostrâ de la Fuenfisla, fol. 92. habet cantiones pro *sancissima Conceptione Virginis MARIE*, & fol. 100. Ita Simon Diaz disc. 2. quæ etiam reperiuntur in lib. Hieronymi de Alcala, fol. 47.

Item, in libro Epigrammatum, & Hieroglyphorum, fol. 20. de *Conceptione Virginis MARIE*. Lib. impress. Matrii 1625. in 8.

Item, edidit colloquium de *immaculata Virginis Conceptione*, quomodo Congregatio Generalis Cilmontanae Familiae Ordinis Minorum fecit votum in Civitate Segouensi. Interlocutores sunt, Puer Jesus, & Sanctus Antonius Paduanus. Opusculum est impress. cum alijs in 8.

**ALPHONSUS** de Loarte Ordinis Carmelitum Hispanus, in Sermone Purificationis Dei Matris folio 101. inquit: Las Sarras, las Rebecas, las cuales buenas fueron para ropa de los que vistieron: pero para vestir à Dios, ninguna dejó de tener olor de Eva, ninguna fue bien facada del batan, todas tuvieron guarda, y acyete, aora ay occasion, que MARIA mas limpia, que los mismos Angeles, &c. Extat impress. cum alijs Granatae folio 313.

**ALPHONSUS** Lopez Barbon Poëta Hispanus, fecit cantionem quandam, pro mysterio *Immaculatae Conceptionis*. Impress. cum alijs Bacæ anno 1618. in 4.

**ALPHONSUS** Lopez de Haro, Historicus Hispanus, & a consilio equestrium: De fundatione Ecclesie & Collegij Villæ de Ossuna, sub titulo *Immaculatae Conceptionis*, ac de voto, & juramento, ab ipsa Universitate faciendo, &c. Ad Genealogiam D. D. Joannis Tellez Giron, secundi Comitis de Urena, & Ossuna, in suo Nobiliario genealogico Regum, & titulorum Hispanie lib. 5. cap. 7. fol. 387. impress. Matrii 1622. in folio. Nescio quare iste sit excludendus à Militia.

**ALPHONSUS** Ludovicus de Plessis de Richeliu, Gallus, Ordinis Carthusianorum Archiepiscopus Aquarum Sextiarum, postea Lugdunensis, ac S. R. E. Cardinalis, in triumphalibus insignem argumentis excitavit, antiquæ de peccati Principe monumentum victoriae, &c. de quo latè loquitur &, magnificè R. P. Hippolytus Marrae, in Purpura Marian. fol. 26. & ego cùm essem Roma vidi exaratum in lamina prædictum arcum.

**ALPHONSUS** de Madrigal, alio nomine; Tosatus, Episcopus Abulensis Hispanus tom. 1. suorum operum, in Epistolam Divi Hieronymi ad Paulin. cap. 6. Quod Beata Virgo MARIA fuit concepta absq; originali macula, & quod oppositum afferere non videatur Magnus error, nisi pertinaciter dicatur, nolendo aliquid de perfectione Beatae Virginis detruncare; extat, fol. 17. à tergo.

Item, Quod ex speciali privilegio Beatisima Dei Genitrix originalem culpan non contraxit; ipsamq; à prædicta culpa originali frisse preservatam: ibique assertit neutræ opinionem esse damnandam, nisi Ecclesia, quæ Spíritu Sancto ducitur, alteram particulam definierit esse tenendam; interim tamen pium esse, Virgin. Beatam in hoc saltem, secundum considerationem nostram, honorare. Super Exod. c. 34. q. 8. fol. 168. col. 1. lib. impress. Venetiis 1596. in fol.

Item, de Virginis MARIE Assumptione, & preservatione à peccato originali, cap. unum in tomo 1. suorum operum, Paradoxa prima cap. 21. & in abbreviat. cap. 6. vide nostram Bibliot. fol. 655.

Item,

Item, in cap. 34. Exodi, quæst. 8. fol. 283. latè tractat de Immaculata Virginis Conceptione, & concludit sic. Hæc autem sunt, quæ ad istam partem respondere oportebat, piè, & sine contentione tenentes, Beatam Virginem sine originali fuisse conceptionem; cuius partis mitem affertorem, non pertinacem, nec contentiosum, donec Ecclesia (cui per omnia obediendum reor) oppositum definierit, me esse profiteor, &c. Lib. impress. Venetiis 1615. & alibi sèpè.

**ALPHONSUS** Maldonadus, Ordinis Prædicatorum, in libro Hispaniæ inscripto: Chronica universalis de todas las naciones, y tiempos, fol. 103. à tergo, loquendo de libro Flauii Dextri, sic inquit: Lo vigesimo quarto, Flavio Dextro entre los notas del tiempo en que se acaba el imperio de Diocleciano, y con el hijo Constantino aflojó la persecucion, y la religion Christiana comenzó a engrancharse, tiene esta nota entre otras: *A predicatione Iacobii celebrabatur in Hispania festum immaculatae, & illibatae Conceptionis Dei Genitricis MARIE.* Lo qual parece tener dificultad, por que no se halla antes de los tiempos de S. Bernardo, y de S. Anselmo mención de esta fiesta. Item, que en tiempo de las persecuciones, no se celebraban fiestas: digo que en tiempo de las persecuciones se celebraban y guardaban fiestas, y Domingos, y Pasquas y Quaresmas, y auia gobierno Eclesiastico, y como las persecuciones no fueron poderosas, a hundir, ni atajar la Religion Christiana, asi tan poco ataxaron las fiestas. Y a lo primero digo, que si no se halla en otros, ya se halla en Flavio Dextro, y no se dever temer, ni sospechar, que esta clausula este año dada aquí por otro que no sea Autor del Libro, por que esta ultima impresión la hicieron, y procuraron Religiosos de la orden de san Francisco, doctos, y graves movidos de aver oido, que avia esta clausula en Flavio Dextro, y no podía caber en tales personas, y para tal fin, falta desfidelidad, pues fuera de ser vajeza, se pusieran a grande riesgo de su honor, y así yo creo, y no dudo, que está así esta clausula en el libro del Monasterio Fuldense. Tampoco se puede, temer infidelidad en los Monges del Monasterio Fuldense. Tam poco se puede temer que el libro sea de otro, que del mismo Flavio Dextro, porque no ay fundamento para temerlo. Tampoco se puede creer, que Flavio Dextro fingiese esta clausula, por lo qual creo y no dudo, que fue así, como en ella se contiene, y que Flavio Dextro lo halló así publicado o escrito, y escrito en el tiempo, que se acabaron las persecuciones; por que entonces se empezaron a lograr las fiestas. La fuerca del argumento, que de esta clausula se puede sacar para en la materia de la Conception, y la fuerza, que se saca, de que vemos ahora celebrar en nuestro tiempo esta fiesta universalmente en toda la Iglesia Catholica los Theologos la saben, y yo tambien, que profeso Theologia mas aquí no ay lugar de Theologia, sino de Historia, y en mi oficio de historiador he hecho lo que debo, y dicho lo que siento, como Theologo hablaré donde, y quando me lo mandaren los que pueden mandarmelo sin desdecir como Theologo, de lo que he dicho como Historiador. Mas ruego yo a los Doctos, que son devotos de la immaculata Conception, y en particular a los que por serlo hicieron aora impremir este libro, miren, y examinen bien si

habla Flavio Dextro de la fiesta de la Conception, que ahora celebramos a 8. de Diciembre, pues el nolo dice, ó si llama Conception a la activa, quando la Virgen Sancta MARIA concibio al hijo de Dios, por que Loaysa en el indece de los Concilios Toledanos llama fiesta de la Conception a la fiesta de la Encarnacion, que celebramos a 25. de Marzo y le viene bien el nombre de Conception de nuestra Señora, como se llama fiesta de la Visitacion de nuestra Señora, quando ella visitò, y así Conception, cuando ella concibio, y digan, y refuelvan lo que les parecire que yo noles voy a la mano, antes he defendido su libro, y impression de Flavio Dextro, contra los que han salido a desacreditarle, y no lo he defendido por ganar la voluntad a este, ni a el otro, sino por decir lo que siento, y finalmente siento ser Flavio Dextro Autor grave, y que por ninguna cosa diria fino lo que hallo escrito, ó platicado, &c. Libro impress. Matriti anno 1625. Hæc sunt omnia, quæ habet Scriptor iste pro hac materia, si sit vel non cum sufficienti fundamento adductus, judicet Lector: nam solum veritatem desideramus, tamen pro certo tantum affirmo, quod in præallegato libro non fuit pro opinione contraria: si edidit alterum librum, eum exhibeat; nam ego illum non invenio.

**ALPHONSUS** Maldonadus, Poëta Hispanus, edidit sub hoc titulo: Glosa del persignarse al misterio de la Immaculada Conception de la sacratissima Reyna de los Angeles Madre de Dios y Señora nuestra concebida sin peccado original & incipit: MARIA Virgen gracia &c.

Item, Glosa sobre el Padre nuestro en alabanza de la Immaculada y purissima Conception de la sereniss. Reyna de los Angeles Señora nuestra, concebida sin peccado original, incipit: Luego que el Rey eternal, &c.

Item, Glosa sobre el Credo, en alabanza de la Immaculada y purissima Conception de la serenissima Reyna de los Angeles Madre de Dios y Señora nuestra, concebida sin mancha de pecado original; incipit: Por la Santa Trinidad: & fuerunt omnia hæc impressa Hispalí anno 1617.

Item, edidit aliam Glossam en alabanza de la Immaculada y purissima Conception de la serenissima Reyna de los Angeles Madre de Dios y Señora nuestra concebida sin peccado original, & incipit: Adonde Reyna divina, &c. Impress. ibidem.

**ALPHONSUS** Manrique, Hispanus S. R. E. Cardinalis, atque Archiepiscopus Hispalensis, ad annum 1501. dum esset Episcopus Pacensis, in Synodo habita die prima Maii ejusdem anni titulo 2. capite 20. præcepit, ut observaretur Festum Conceptionis Domine nostre, ut videre est in ejusdem Constitutionibus, & refert D. Joannes Solano de Figueroa ejusdem Ecclesie Canonicus in relatione ad me missa.

**ALPHONSUS** Martinez de Laguna, Hispanus, in Summa de Doctrina Christiana cap. 7. de Salutazione Angelica, inquit: *La que nunca cayo en desgracia de Dios, la que nunca tuvo pecado, &c.* Lib. impress. Salmantice 1555. in 4.

**ALPHONSUS** de Mergelina Montexits, Hispanus, scripsit doctum discursum iuridicum pro immaculata Conceptione Virginis MARIE absque peccato originali, lib. impress. Murciæ anno 1627. in 4.

**ALPHONSUS** Messia Galeotus, Poëta Hispanus, composuit Epigramma: *Pro Immaculata Conceptione*

ceptione Virginis MARIE. Impress. cum aliis Baeza  
1614. in 4. & Hieroglyphicum de eodem fol. 76.  
& aliam cantionem, quæ stat folio 77. & alia Epi-  
grammata quæ extant fol. 83. & 88.

**ALPHONSUS** Morgadus, Sacerdos Hispanus,  
in Historia Civitatis Hispalensis libr. 6. cap. 12.  
folio 153. de Monasterio *Monialium Conceptionis*  
*Dominæ nostræ*, fundato à D. Anna de Santillan  
Tertiaria Sancti P. N. Francisci, anno 1511.

Item, de altero *Monasterio Conceptionis Hispalensi*  
fundato à D. Eluira de Vargas Herrera in colla-  
tione Sancti Laurentii anno 1531. quæ Moniales  
primo fuerunt ex instituto Carmelitano, deinde  
iub Franciscana militant Regula.

Item, folio 159. de Monasterio Dominæ nostræ,  
del Socorro, cuius Moniales militant sub habitu,  
& Regula *Sanctæ Conceptionis Virginis MARIE*, hoc  
fundavit D. Joanna de Ayala, anno 1522.

Item, de Monasterio Dominæ nostræ de la Paz,  
cuius Moniales militant sub habitu *Conceptionis Vir-  
ginis MARIE*, & fuit hoc cœnobium fundatum à  
D. Andrea de Segura anno 1571. Libr. impress. Hispali  
1587. in fol. cap. 14. & 15.

**ALPHONSUS** de Narbona, Docttor Hispanus,  
edidit Memoriale sub hoc titulo: Por Francisco  
de la Espada Clerigo Presbytero de la villa de  
Ocaña, y los Patronos del Hospital de la Concepcion,  
que llaman de la Latina en Madrid, &c. Impress. ibi in  
folio. Si iste non possit transire, excludatur: quia  
non dependet nostra Militia ab isto aut aliis hu-  
jusmodi.

**ALPHONSUS** Nuñez de Castro, chronologus  
generalis Hispanus, edidit lib. Exemplar de per-  
ficion id eado en las illudas vidas venerables Ma-  
tres Maria de S. Pablo, y Aña de S. Antonio, fun-  
dadores del religiosissimo Convento de S. Joseph  
de Jesus Maria, que lla man del Cavallero de gra-  
cia de Religiosas descalzas de la purissima Concepcion  
de N. Señora. Impress. Matri 1658 in fol.

**ALPHONSUS** Obesus de Oriona, Poëta Hispanus,  
edidit Cantionem de *Conceptione Immaculata*  
*Virginis MARIE*. Lib. impress. cum aliis Granatæ,  
1651. folio 252.

**ALPHONSUS** de Olea, Docttor Hispanus, edi-  
dit librum sub hoc titulo: Dulcissimo, Sanctissimo  
& Divino Nomi JESU, Angelorum gloriæ,  
hominum salutis, Inferorum terrori, Salvatori  
clementissimo, & in laudem *Immaculatae Concep-  
tionis Deiparae*, & *sempre Virginis MARIE*, suæque, &  
suorum perpetuæ servitutis testimonium, opusculum  
hoc humiliter offert, æterna fide confecrat,  
&c. & opusculum est de cessione jurium, & action-  
um, impress. Matri 1650. in fol.

**ALPHONSUS** de Orozco, Ordinis Eremitarum  
Sancti Augustini Hispanus, in libro Decla-  
mationum *Deiparae Virginis MARIE*, in *Concep-  
tione Deiparae Virginis MARIE*, Declamationem.

Item, habet quædam notatu digna, de *Immaculata*  
*Conceptione Virginis MARIE*; quæ omnia extant à  
fol. 1. usque 21. lib. impress. Compluti 1568. in 8.  
& 1578. in 8.

Item, in Commentariis Cantici Canticorum *pro*  
*Immaculata Conceptione Virginis MARIE* annotatio-  
nem, fol. 389. ad illud: Nolite me considerare; & ad  
illud: Ferculum fecit; & ad illud: Una est colum-  
ba, lib. impress. 1581. in 4. & in nostra Biblioth-  
com. 1. à fol. 761.

Item, in tract. super canticum *Deiparae Virginis*

ad illa verba: Quia fecit mihi magna, fol. 28. sic in-  
quit: Enimvero alma Dei Mater, magna Deus  
optimus tibi fecit, *Quando in tua candidissima Con-  
ceptione te sua gratia preservavit*, &c. Lib. impress. Com-  
pluti 1579. in 8.

Item, in Catechismo super Symbolum Aposto-  
lorum cap. 6. fol. 27. ad illa verba: Et conceptus  
est de Spiritu Sancto, &c. *Quod Beatisima Virgo  
MARIA fuit exempta ab omni peccato*, &c. Lib. impress. Salmantice 1575. in 8.

Item, in libro de Corona Beatæ Virginis MARIE  
cap. 4. de privilegio puritatis, ac *Conceptionis* *Dominæ nostraræ*, &c. Lib. impress. Matri 1588. in 12.

Item, in libro de septem verbis *Dominæ nostraræ*  
*MARIE*, verbo & Sermone 2. fol. 33. *Quod fuit con-  
cepta absque peccato originali*, &c. Lib. impress. Metinæ  
à Campo 1568. in 8.

**ALPHONSUS** de Ortiz, Canonicus Toletanus  
recognovit, & emendavit, secundum regu-  
lam Beati Ilidori, Missale mixtum, seu Mozarabe,  
in quo, folio 413. Est officium *Conceptionis Beatæ MAR-  
IAE Virginis*. Impress. 1500. Ubi dicitur jussu Rss.  
D.D. Francisci à Zisneros Archiepiscopi.

**ALPHONSUS** Peñassi & Aranxo, Societas  
Jesu Hispanus, in lib. sub hoc titulo: Obligationes  
y excelencias de las tres ordines militares Santiago,  
Calatrava y Alcantara datas in lucem à D. Pedro  
de Pineda, fol. 50. de *Missæ Conceptionis Virginis MARIAE*. &c. Lib. Impress. Matri 1644 in 4. Propo-  
nimus militem, Lector eligat.

**ALPHONSUS** Perez Poëta, Hispanus Betieus, edi-  
dit libellum sub hoc titulo: Glosas de deferentes  
Autores à la *immaculada Conception de la Madre*  
*de Dins*. Sobre aquellos versos, que dicen. Todo  
el mundo en general, &c. impress. Malacæ apud  
Joannem René anno 1616. in 4.

**ALPHONSUS** Perez Seraphinus, Ordinis Mi-  
norum Hispanus Salmanticensis, in lib. cuius titu-  
lus est: Quexas de Lucifer, en gloria y honra de  
la Serenissima Reyna de los Angeles de los Re-  
medios, &c. sparsim in toto libro agit de incontami-  
nata puritate Virginis MARIAE, ex quibus sequentia  
signo ex Estantia 36. & 67.

T brote aquella flor, mas sin espina.

Con el candor luciente de la gracia, &c.

Salve de Adam cobrada excentoria, &c.

Lib. impress. Salmantice 1635. in 8.

Item, edidit cantiones regales in laudem *imma-  
culatae Conceptionis Deiparae Virginis Matris*, quæ ex-  
tant in lib. R. P. à Villachoaga, impress. anno  
1619. in 4.

**ALPHONSUS** Pimentel, Ordinis Minorum  
Hispanus, edidit Epigrammata pro illibata puri-  
tate Virginis & *Conceptionis*, incipit sic.

*Virgo Patris magni non ultima gloria nostri,*  
*Cui bene convenient gloria, primus honor;*  
*Quæ te voce seram sine labe, & crimen Adami;*  
*Concepit à Virgo, Virginibusque decus.*

Exstat in Historia Dominæ nostræ de la Salceda  
lib. 3. cap. 5. folio 4.

**ALPHONSUS** Quintus Aragonum Rex cog-  
nomento Magnanimus, suis temporibus construi-  
cavit Ecclesiam *Conceptionis Beatisima Virginis MARIAE* in pago de Mathozinios, &c. ex qua ejus in  
hoc mysterium devotio dignosci potest.

**ALPHONSUS** Ramirez de Arellano, Archidiaconus,  
Hispanus, recepit juramentum factum  
à Confraternitate Sancti Hermenegildi *pro myste-*

riis

rio immaculatae Conceptionis anno 1653. die 29. Februarii. Ex Leone.

**ALPHONSUS** Ramos Gauilan, Ordinis S. Augusti Hispanus, in libro: Historia del celebre Santuario de nuestra Señora de Copacauana, y sus milagros, y invención de la Cruz de Carabuco, fol. 387. sub hoc titulo: El primer dia se podrá considerar el misterio de la puríssima Concepción de la Santísima Virgen MARIA nuestra Señora, concebida sin pecado original, latè usque ad fol. 392. Lib. impress. Lime 1621. in 4.

**ALPHONSUS** Remon, Ordinis Beatae MARIE de Mercede Redemptionis Captiuorum, Hispanus, habet discursus octo prædicabiles de Conceptione immaculata Beatae Virginis MARIE lib. impress. Matrixi 1616. in 4. cum imagine immaculata Conceptionis.

Item, de Sorore MARIA de la Columna, & quam devota extiterit mysterio immaculatae Conceptionis MARIE caput unum in lib. 15. tom. 2. sue Historiae impress. Matrixi. 1633. in fol. Vide etiam lib. 7. cap. 18. de Beato Carmelo, & alibi sapè.

Item, in lib. Hetymonicpol, id est, interpretatio Nominum, quæ Hæbraicæ, & Græcæ in Bibiliis reperiuntur, part. 1. fol. 165. verbo Phares, quod Virgo MARIA præservata fuit ab originali culpa, & eius Conceptione fuit sine macula, &c. lib. impress. Matrixi 1617. in 4.

Item, in lib. dicto: Psalterio, y canticos Virginales, compuestos por San Bonaventura, ab ipso Hispanice traducto, fol. 170. affirmat: quod Virgo contrivit caput antiqui serpentis, &c. lib. impress. Matrixi 1618. in 16. & alibi.

Item, in Sermone de Sancto Petro Nolasco, fol. 15. & alibi indicat, Virgine MARIA fuisse semper immunem ab omni peccato, Serm. extat impress. Matrixi 1627. in 4.

**ALPHONSUS** de Rivera, Ordinis Prædicatorum Hispanus, in libro: Exercicios e indulgentias del Rosario, in Kalendario ad diem 8. Decembris, inquit: Conceptione Domine nostra cum Iubile. Libr. impress. Matrixi, 1641. in 24. Quando aliqui ejusdem ordinis recensuerunt istas indulgentias, mutarunt nomen Conceptionis in vocem sanctificationis; iste videtur aufugisse à tali termino protetivo.

**ALPHONSUS** de Roa, Ordinis Minorum Hispanus: De fundatione collegij Conceptionis de Zelaya; caput unum in Ordine 26.

Item: Quod Villa de Zelaya atq. ipsius collegium sunt erecta sub titulo conceptionis, caput alterum in ordine 27. in libro: Chronicæ Provinciæ Sanctorum Petri, & Pauli de Mechoacan Ordinis Minorum in nova Hispania. Impress. in civitate Mexicana anno 1635. in 4.

**ALPHONSUS** Rodriguez, venerabilis Societas Jesu Pater, Hispanus, edidit, & quotidiè recitabat officium Purissime, & immaculatae Conceptionis Virginis Deipare. Extat impress. Antuerpiæ 1625. à quatuor Episcopis approbatum, & postea fuit multis in locis impress. & adducitur à R. P. Antonio de Balingen, in Parnaso Mariano, fol. 37. & ab aliis, qui scripsierunt de Conceptione.

**ALPHONSUS** Ruspagiari ex Regio, Italus, in libro dicto: Exercitio & amastramento del buon Chrestiano, &c. cap. 12. ad tertium articulum fidei folie 38. loquendo de Conceptione Christi Domini, sic inquit: Che si come dall'egli

di Spirito Sancto fù concetto, & per operatione divina; cosi fù parimente pura la Madre, &c. Impress. Venetijs 1568. in 4. In quibus verbis solùm videatur distingue vtramq; Conceptionem, quia una fuit de Spirito Sancto, alia vero non; sed vtramq; habuisse similem puritatem.

**ALPHONSUS** Saez Licentiatus Hispanus, edidit libellum sub hoc titulo: Relacion de la fiesta que el Colegio Mayor de Santa MARIA de JESUS, Univerisdad de la Ciudad de Sevilla, hizo en la publicacion de vn estatuto en que se jurò la Conception limpissima de nuestra Señora, sin mancha de pecado original, impress. Hispali 1617. in 4.

**ALPHONSUS** Salmeron, Societas JESU Hispanus, edidit disputationem unam de immaculata Virginis Conceptione. Atque alteram, in qua arguit, quæ contra immaculatam Virginis Conceptionem fuit, tum ex Scripturis, tum ex Patribus, & rationum monumentis dissolvuntur plane, ac refelluntur. Et alteram, in qua responderetur ad Sententias Sanctorum Patrum, quæ à quibusdam proferuntur, contra immaculatae Conceptionis Deipare Virginis privilegium. Deniq; alteram, in qua multis gravibus, ac solidis viis, ac rationibus immaculatae Conceptionis Virginis veritas confirmatur maximè, & constabiliatur. Extant quatuor istæ disputationes in tom. 13. suorum operum super cap. 5. ad Roman. à fol. 457. usque 483. impressionis Colonien. 1604. in fol. & alibi.

Item, tom. 3. de infancia; ac pueritia Domini nostri JESU Christi; de immaculata Virginis MARIE Conceptione, ac eius præservatione à peccato originali, plura. fol. 110. tract. 12. de cantico Beatae MARIE, ad illud: Quia fecit mihi magna, lib. impress. Colon. 1612. & Antuerpiæ.

Item, ad Hebreos 7. versiculo 26. ad illud: Segregatus à peccatoribus, inquit: Peccatum enim non fecit, & segregatus fuit ab illa inquinata filiorum Adæ massa, &c. Segregatus fuit Christus à peccatoribus in istis, & erat massa, & inquinata; Christus, ergo non fuit segregatus, vel separatus à massa; sed ab inquinamento, massa fuit MARIA, à qua Christus viuis panis formatus. Si massa illa in sua Conceptione fuit inquinata fermento filiorum Adæ; igitur neque segregatus, neque à peccatoribus, sed si absque nequo originalis culpe, non segregatus fuit à massa, sed ab inquinata divisis, &c.

Item, tom. 3. tract. 30. fol. 244. colum: 1. prope finem inquit: MARIA excellenti privilegio in suo Conceptione à peccati labe fuit præservata, &c. Quod probat ex duplice ratione, lib. impress. vt supra.

**ALPHONSUS** Sanchez de Alcazar, Societas JESU Hispanus, De Capella purissimæ Conceptionis ædificata à Venerabili D. D. Franciso Ximenez de Zisneros Ordinis Minorum, ac S. R. E. Card. in domo sua Archiepiscopali Toletana: in oratione impress. Compluti anno 1651. in 4. de qua etiam Petrus de Quintanilla. folio 348.

Item, in Oratione laudatoria pro venerabili memoria D. D. Francisci de Zisneros S. R. E. C. folio. 40. De Capella purissimæ Conceptionis Virginis MARIE, ac de ipsius Confraternitate Toletana, &c. Impress. Compluti 1650. in 4. Ille quando non sit expressus in verbis quoad personam, quoad suæ Religionis acta expressissimus erit.

**ALPHONSUS** Sanchez Zarçosa, Canonicus Magistralis Rondensis, edidit librum singularem sub hoc titulo: Thesauri Conceptionis immaculatae Virginis

*Virginis MARIE* D<sup>e</sup>i genitricis, ex conspiratione totius teri sacra Scriptura cum Apocalypsi part. 1. impress. Antiquar<sup>e</sup> anno 1631. in fol. cum imagine pulchra immaculatae Conceptionis.

ALPHONSUS Sanctius Hispanus, edidit conciones de *immaculata Conceptione Virginis MARIE*, primò in Hispania, postea Coloniæ excusas. Ita Hippolytus Marrac. in Catalogo ad ann. 1593. quis autem fuerit Hispanus iste, inuestigare non potui, & sic fides sit apud auctorem.

ALPHONSUS Sanctius Magister Hispanus, scripsit Libellum pro iuramento Complutensis Academæ, circa defensionem *immaculatae Conceptionis Virginis MARIE*, & epistolam missam ab eadem Universitate ad Paulum V. Pont. Max. pro eodem mysterio. Lib. impress. Compluti 1617. in 4.

ALPHONSUS de San Victores, Generalis Ordinis Sancti Benedicti, Prædicator Regius, quando Episcopus Zamorensis in libro dicto: *Sol Occidentis* tom. 2. discurs. 19. fol. 79. *Quod Virgo MARIA Regina Angelorum non cecidit in originalen culpam*. impress. Matri. 1647. in fol.

Item, in Serm. de Præsentatione Virginis MARIE fol. 8. & alibi, indicat *Virginem suam conceptam sine peccato originali*. Vide impress. Matri. 1638. in 4.

ALPHONSUS de Sanzoles, Ordinis Minorum Hispanus, in festo *Conceptionis Virginis MARIE* Epitome ex Missali Romano, remissionibus ad liberos vulgariter Sermone conscriptos. Impress. Meritina à Campo 1593. in 4.

Item, in libro dicto: *Elenchus rerum omnium, quæ in libris omnibus R. P. Fr. Ludovici Ornatensis, qui vulgariter Sermone circumferuntur pro die Conceptionis dicitur in festo Beate MARIE*. Lib. impress. Salmantica 1584. in 8 parvo.

Item, in Tabula remissionum rerum omnia, quæ continentur in libris R. P. Fr. Didaci Stella de Vanitate mundi, & de amore Dei &c. fol. 196: *In festo Conceptionis Virginis MARIE Elenchum*. Lib. impress. Salmantica 1585. in 8 parvo, & impress. Compluti 1591. in 4. fol. 9.

Item, in Funerali, in exequiis defunctorum, adducit indicem pro festo *Conceptionis Virginis MARIE*. Libr. impress. Salmantica 1585. in 8.

ALPHONSUS Sobrinus, Ordinis Carmelitarum Hispanus, primò edidit Opusculum sub hoc titulo: *Tratado de la immaculada Concepcion de la Virgen MARIA nostra Señora*, dirigido al Ilusterrimo, y Reverendissimo Don Pedro de Castro y Quiñones, Arçobispo de Sevilla, &c. impress. Hispali 1625. in 4. & incipit: *No es el menor daño. R. P. Hippolytus Marrac. fol. 56. videtur indicare eum scriptisse alia de eadem *immaculata Conceptione*, sed existimo non esse alium tractatum seu librum hujus Auctoris, nisi relatum.*

ALPHONSVS de Sotomayor, Comes de Bellalcazar Hispanus, qui postea factus Frater Minor, Alphonsum à Cruce est vocatus, propè Herreram. Tolitan. Dicecensis oppidum, ibi subditum, Conventum Minorum in honorem *Immaculatae Conceptionis Virginis MARIE*, à fundamentis erexit. Gonzaga in historia Seraphica, & Provincia Angelorum. Arturus à Monasterio in Martyrologio Franciscano ad diem octavam Novembris. Maracci in principibus Marianis.

ALPHONSUS Spina, Ordinis Minorum, Episcopus Trinopolitanus, & Auctori libri: *Fortalitium Fidei*; erexit Altare Palentia pro sua sepul-

tura sub titulo *Immaculatae Conceptionis Virginis MARIE*, anno 1495. ut refert Antonius Daza in libro de *Conceptione* cap. 6. fol. 46.

ALPHONSUS de Toledo, Ordinis Minorum Hispanus, edidit Sermonem prædicatum Ossuna in festivitate Confratrum veræ Crucis, & Fratrum Tertiiorum, die 6. Februarii anno 1616. de *immaculata Conceptione Virginis MARIE*. impress. Hispali codem anno in 4.

ALPHONSUS de Valdivieso, Ordinis Minorum Hispanus, in concione habita pro funerali pompa Philippi III. Hispaniarum Regis, die 8. Maii Murcia, folio 28. de ejus singulari devotione & diligentia adhibita pro diffinitione mysterii *Immaculatae Conceptionis*. Serm. impress. Murcia 1621. in 4. & ad finem habet imaginem magnam *Immaculatae Conceptionis MARIE*, cum inscriptione: *Concebida sin peccato originali*. Ex quibus cognoscitur ejus devotio.

ALPHONSUS del Valle, Societatis Iesu Hispanus, de Civitate Imperiali *Conceptionis* in Imperio Peruano, & Provincia de Chile capita duo feliciter 20. & 21. libro 5. folio 192. in libro historiæ prædicti Regni de Chile. Impress. Romæ 1646. in folio parvo. Auctores Societatis Iesu, sicut etiam Minorum cum solo nomine *Conceptionis* protestantur & rem.

ALPHONSUS de Vargas, Ordinis Minorum Hispanus, in lib. Relacion Votiva, o Donaria de la antiguedad de la Imagen de nuestra Señora de Huertas, que el Rey Don Alonso el fabio puso, y colocó en suprimera Iglesia en la ciudad de Lorca, &c. 5. 17. à fol. 20. agit latè de *immaculata Conceptione Virginis MARIE*, ac de eiusdem festivitatis institutione, usque 23. Lib. impress. Granata 1625. in 4.

ALPHONSUS Vazquez de Miranda, Ordinis Minorum Beatae MARIE de Mercede Redemptoris Captivorum, & nunc Abbas Sanctæ Anataliae Hispanus, in S. Ildephonso defenso, ac explicato, lib. 4. cap. 9. sub hoc titulo: *Que San Ildefonso afirmó por cuatro veces, que nuestra Señora fue concebida sin peccado, con una particular excelencia, &c.* additici, explicat, & defendit prædicta loca à f. 330. usque 339. impress. Compluti 1625. in 4.

ALPHONSUS de Vega, Ordinis Minorum S. Francisci de Paula, Hispanus, de interdicto levando in die *Conceptionis*, & per totam octavam ipsius in summa sua Hispanica cap. 103. casu 5. & 6. folio 1660. Libr. impress. Matri. 1598. in folio. Forte sentire PP. Minimi, quod istum excluderemus à nostra Militia.

ALPHONSUS de Villegas, Theologus Hispanus, in Floribus Sanctorum, sive in novo legionario de vita Beatae MARIE Virginis ad diem 8. Decembris, scripsit Hispanice de festo *immaculatae Conceptionis Matris Dei* in lib. impress. Tolei 1582. & 1591. f. 405. in fol. Postea historia hac fuit Italice translata, & impressa Venetiis. 1592. & 1602. in 4.

Item, de *Conceptione Domine nostre* edidit discursum unum etiam Hispanice, impress. Hispali 1602. in 4.

Item, quomodo servitas *Conceptionis* fuerit posita in Missali Muzarabe, &c. in vita Sancti Isidori, fol. 380. vide Petrum de Quintanilla, fol. 93.

ALTHELMUS Schirburnensis, apud occidentales Saxones Episcopus, sive, ut alii vocant, Aldhelmus;

Aldhelmus in lib. de laudibus virginitatis cap. 22. inter alia dicit de Beata Virgine: columba inter sexaginta Reginas, & bis quadragesimam pellices, propter perenne puritatem privilegium obsidem seculi, &c. extat tomo 3. B. Ver. PP. folio 46. Ex eo, quod fuit privilegium puritatis, & perenne, sequitur quod puritas ejus non fuit peccato, vel macula interrupta, nam non est perenne, quod in principio deficit; vel saltem iste Antiquissimus Auctor non est pro contraria opinione.

ALVARUS. Cubillo de Leon, vel Aragon, Poeta Hispanus, scripsit cantionem de *Immaculata Conceptione Virginis MARIE*. Impressum cum aliis Granatae 1651. & aliam Glossam folio 296.

Item, alia Poemata sub hoc titulo: Auto en alegoria del sacrilegio, y detestable cartel, que se pulo en la Ciudad de Granada contra la Ley de Dios, y su santissima Madre, &c. *Vbi de immunitate, se puritate Deipara, plura vide ibi impressum Granatae 1650.* in 4. cum aliis.

ALVARUS. Gomezius, vel Gomez Toletanus Hispanus, in lib. de Rebus gestis a Francisco Ximenio de Cifneros Archiep. Toletano, lib. 2. fol. 43. inquit: annus Iesus facti quinque elapsus jam erat, sextulque fermè ad finem properabat, quando Kalendis Novembris Sodalitas *Conceptionis Deipara* titulo, in nostra urbe promulgata fuit, quæ deinde in hac usque tempora crevit feliciter Ximenij auspicio. In huius institutionis monumentum 4. nonas Octobris, qui dies Beato Francisco religiosus est; huic divo tanquam Ximenij tutelario Sodales sacra faciunt, quinquaginta sportas totidem egenis distribuunt, & anniversario, funebribusque hostiis Ximenij animam, & cognatorum expiant, &c.

Item, lib. 5. fol. 129. à tergo ad annum 1510. mentionem facit de ade ille fabricata, quæ est in honorem *Immaculatae Conceptionis*, ut dicimus verb. Franciscus Ximenius. Lib. imp. Compluti 1561. in fol.

Item, in Thalichristia lib. 5. fol. 45. à tergo, in *teralia carmina* habet pro *Conceptione Virginis*: *Concipitur nimium felicia tempora felix Coniugium, cunctis à criminis crimen inherens Arcutus de Matre Dei, culpaq; venenam Stat procul hinc, &c.*

Et ad marginem habet: *excipitur Conceptio Beatae MARIE à communis lege propter finem, qui erat Incarnatio Verbi*. Lib. impressum Compluti 1625. in 4. & 1522. & nota, quod iste impressiones inter se differunt; lege ibi lib. 4. fol. 34.

ALVARUS de Inoxosa, & Carvajal Monachus Benedictinus in lib. Vita & mira cotorum Sanctæ Agnetis fol. 238. quod regule generales non loquuntur de Virginis MARIA, rite exempta ab eis & preservata a Deo. Lib. impressum Bragæ 1611. in 4. Iste satius ibi protestatur piam sententiam.

ALVARUS Lopez Arias de Vega Poeta Hispanus, in libro: Poema Historico y descripcion del sitio, casa, y milagros de N. Senora la Virgen de Esperanza: dedicado a la purissima Reyna de los Angeles, &c. Impressum anno 1653. in 4.

ALVARUS de Mendoza, & Aragon, Episcopus Iaquin, Ordinis S. Francisci Hispanus, de festivitate purissime *Conceptionis* sacrasimae Virginis MARIE Serm. impressum Cæsaraugusta anno 1630. in 4.

ALVARUS Pizan de Palacios, Canonicus Cordubensis, Hispanus, edidit: Confirmationem,

seu discursum primum de *purissima Conceptione Virginis MARIE* Matris Dei, Regina Angelorum, & Domini nostri, impressum Hispali 1615. in 4. & incipit: *El supremo grado.*

Item, idem pro eadem *Conceptione purissima confirmationem* alteram seu discursum 2. impressum Hispali 1616. in 4. & incipit: *No es fiesta nueva: cum imaginibus immaculatae Conceptionis.*

Item, in Ser. de Sancto P. N. Francisco fol. 5. quod Christus Dominus per naturam, *Virgo autem MARIA per gratiam fuisse exempta, & præservata à peccato originali, &c.* Serm. impressum Hispali 1617. in 4.

ALVARUS de Vargas Poeta Hispanus, edidit cantiones de illibata *Conceptione Dei Matris MARIE*, quas affert Ferriol. Locr. in Tractatu de *Conceptione*, folio 7.

ALVARUS de Villegas Canonicus Hispanus, in Constitutionibus Synodalibus Sanctæ Ecclesie Toletanae, cum effet præses, præcepit observari festum *Conceptionis Domine nostre Virginis MARIE*, ut dicitur in libro impresso Matrii 1622. in folio 3 pagin. 25.

AMATOR. Arraez Ordinis Carmelitarum, Episcopus de Portalegre, in libro Dialogorum, dialog. 7. inter Antiochum, & Olympum cap. 4: *De Conceptione Domine nostre dialogum integrum* a fol. 238. usque 240. Impressum Conymbriae 1598. in 4.

Item, in secunda impressione ejusdem libri, agit de *immunitate Virginis à peccato originali, &c.* cap. 10. & ultimo, & habet capita 85: id est a fol. 258. usq; 346. Lib. impressum Conymbriae 1604. in folio 3.

AMATUS Bellon. Doctor Sorbonicus, & Ecclesiastes Collegiate Ecclesie S. Capitis, Ordinis Sancti Augustini, in lib. de triumpho Patriarchæ S. Joseph, expolens illa verba: *Tota pulchra es amica mea, habet Sermonem in festo Immaculatae Conceptionis Virginis MARIE.* Ita Joan. a S. M. in supplici libello ad Innocentium X. f. 328.

AMBROSIUS Ansbertus, vel Autbertus, nativitate Gallus, ordinis Sancti Benedicti, locutus est de puritate Virginis MARIE, ut a multis citatur in Homil. cuius principium est: *Creatori Materem* (quam nos sub nomine Alcuini dedimus in Biblioth. Nostra) dicens: *Tu ergo pulchra es ut luna, immo pulchrior lunæ: Quia tota pulchra es & macula non est in te, neq; vicissitudinis obscuratio.* Extat in homil. Alcuini per Surium recognitus & auctis fol 925. Hic antiquissimus auctor est, & nihil habet contra. Citatur etiam in cap. 4. Canticorum ad illa verba: *Tota pulchra es MARIA, & macula non est in te.* Ita Joannes Antonius Velasquez de MARIA immaculatae *Concepta* libro 2. differt. 2. adnot. 4. folio 150. Auctor tamen iste non scriptus in Cantica; sed solùm in Apocalypsim, & forte locutus est de antecedenti auctoritate: quæ est desumpta ex cantic. 4. capit. Martinus Philipp. de Conveit in Thesi excell. 55. Deiparæ tom. 2. adducit aliam auctoritatem: sed non est ita ad rem.

AMBROSIUS Blancus Poeta Italus, in Cantione ad Virginem Deiparam Regensem 15. ita inquit:

*Mar, che nulla rittoni impuro incommodo,  
Marchenel' onde tue nascondi a sole, &c.*

Extat impressum cum alijs Poëtis in libro: *Applausus Sacri*, Mutinae 1619. in 8.

AMBROSIUS Capello ordinis Prædicatorum, & Episcopus Antuerpiensis die 25. Aprilis publicavit rescriptum flandricæ tenoris frequentis: Over-

mits

mits syne Majesteyt Onsen Coninck ende Heere, brieven heeft overgesonden aen syne Excellence den Marquis de Caracena Gouverneur van dese landen, te kenen gevende syne beliefte, van gendien te wesen dat in alle syne Coninckrycken ende landen, in alle kerken een solemnele Milse gesegnen worde, met eene predicatie tot dancksegghinghe van eene nieuwe Bulle die syn Heylicheyt den Paus Alexander VII. heeft wtgegeven tot voorderinge vande devotie ende Mysterie van de Heylige Ontfanckenisse vande Suyvere Maget ende Moeder Godts MARIA. Soo ist dat syne Excellence voorleijdt goet gevonden heeft, dat wy door geheel ons Bisdom souden Ordineren in alle kerken den 30. deser loopende Maent Aprilis wesende Sondagh, sulckx souden int werck stellen, gelijk wij mits desen ordineren ende belasten aen alle onse Pastoors soo binnen als buyten de steden. Præcipua verba latinè hoc sonant: In gratiarum actionem pro nova Bulla, quam sua Sanctitas edidit ad promovandam devotionem, mysterij, sanctæ conceptionis puræ virginis Matris Dei MARIAE. Impress. Autverpiat 1662. in charta exparsa.

**A M B R O S I U S** Catharinus Ordinis Prædicatorum, Italus Senensis, & Compæ Archiepiscopus, edidit librum insignem, pro veritate immaculatae conceptionis Beatae Virginis, & ipsius celebranda cum suis fidelibus festivitate ad sanctam Synodum Tridentinam; quæ disputatio est in duas partes divisa, impress. Romæ 1551. in fol.

Item, edidit pro immaculatae Dei genitricis conceptione tuenda disputationem alteram in tres libros distributam, impress. Senis 1532. in 4. & Lugduni 1542. Quam etiam inuenies in nostra Biblioth. Virginali tom. 2. in principio.

Item, in Summa de peccato originali, sub hoc titulo: Quo pacto renati in Christo ab eo peccato liberati sunt, futuræ Virginis immaculatae conceptionem, Lib. impress. Romæ 1550. in 4. à fol. 35. à tergo per totum ferè capitulum.

Item, in lib. Discept. de peccato originali, discept. 3. quæ est de natura peccati originalis ad sacros Theologos, fol. 43. agit de immaculata Virginis MARIAE conceptione, Lib. impress. Romæ 1651. in 4. Sed adverte quod hoc diversum sit Opusculum à supra citato; nam vnum incipit: Duo sunt; alterum vero sic: Etli valde difficile.

Item, edidit aliud Opusculum, seu Disputationem pro immaculatae Dei genitricis conceptione, quæ inter Opuscula Ambroſij extat. impress. Lugduni anno 1542. à fol. 1. viisque 103. in 4.

Item, scriptit magnum Opusculum sub hoc titulo: Disputatio pro veritate immaculatae conceptionis Beatae Virginis MARIAE ad Patres, & Fratres Ordinis Prædicatorum, impress. Senis 1532. in 4. & incipit Præfatio: Si omnes homines. Opus verò: Quo commodius.

Item, scriptit Expositionem, seu Controversiam inter se & quosdam de Patribus sui Ordinis exortam super ejusdem Immaculatae Virginis conceptione, sub hoc titulo: Explanatio errorum in Controversia super celebrationem conceptionis immaculatae Virginis inter Fratres nostros, & Senenses Cives exorta, &c. impress. Senis cum antecedenti Opusculo.

Item, in Epistolam Pauli ad Romanos cap. 5. fol. 54. Quid MARIA in originali peccato, minimè concepta

fuit ex privilegio speciali, &c. Lib. impress. Venetijs in fol.

Item, in enarrationibus in quinque priora capita libri Genesios, ad illa verba: Ipla conteret caput tuum, à colum. 242. eximit Virginem MARIAM à peccato originali, præcipue colum. 262. Lib. impress. Romæ 1552. in fol.

Item, in lib. Annotationes in Commentaria Casjetani denuo multò locupletiores, &c. lib. 4. à fol. 272. viisque 278. agit latissimè de Immaculata Virginis MARIAE conceptione, contra Caïetanum, & ejus Opusculum. Lib. impress. Lugduni 1542. in 8. Hujus insignis militiæ immaculatae conceptionis militis nullum transcribo verbum, quia solum ejus præclaræ dicta integrum tomum expostulant.

**A M B R O S I U S** Coriolanus, vel Coranus, sive Massarius de Cora, Ordinis Sancti Augustini Italus, & Generalis sui Ordinis, edidit orationem de conceptione Beatissime Virginis MARIAE, habitam coram Sixto IV. Pont. Maxmo ad annum 1472. Ita Ioannes à S. M. in supplici libello ad Innocentium X. fol. 335. Favian. Justinian. in indice, fol. 101. Leon.

Item, Serm. de Assumptione Virginis dicit: Quid MARIA peccatum nescivit, quid fuit sanctificata in utero, & quod de ipsa, quando de peccatis agitur, nulla fieri debet mentio: & alia pro ejus immunitate, in lib. impress. Romæ 1481. in 4. & extat in nostra Biblioth. tom. 3. fol. 588.

Item, in Epistola ad Conuentum Parisien. facit mentionem omnium privilegiorum concessorum & indulgentiarum ad ejus preces à Papa Nicolao V. pro Capella & Confraternitate Sanctissima conceptionis sita in Conventu Patrum Augustinianorum Parisien; & hæc Epistola scripta & data fuit Perus in Capitulo generali anno 1481. die prima Junij cum sigillo, vbi præcipit ut omni hebdomada die Luna devotè decanterur, Missa immaculatae conceptionis, & recipit participesq; facit omnes Confratres talis Confraternitatis omnium bonorum spiritualium sui Ordinis, &c. Hæ litteræ sunt originaliter in eodem Conventu Parisiensi, & ipsas adducit Anonymus in Recollectione privilegiorum ejusdem Confraternitatis Gallicæ fol. 21. impress. Parisijs 1632.

**A M B R O S I U S** Eremita Ordinis Sancti Augustini Neapolitanus, Episcopus Lamocensis in Italia, in libro Quadragesimalium Concionum, quæ Gentilis inscribitur, Sermone 62. de Annuntiatione Virginis inquit MARIA illa nubes est levis, supra quam ascendit Dominus. Hæc autem dicitur nubes, quia tamen habet, dicitur levis, quia Virgo erat nullis oneribus gravata peccati, &c.

Item, in eodem Serm. comparando Virginem cum rosa, ait: Quam divina charitas purpureo rubore tintxit, quæ de terra parente progenita, nil tamen terræ ne facit inde suctum: En sancta civitas Sion, cuius materna, nullus unquam Babylonis hostis aries pulsavit; quam inexpugnabilibus monumentis tutatus exitit, qui natus est in ea, quamq; fundavit altissimus, cui vir delicit ipse, & murus est, & antemurale.

Item, in alio loco, sic inquit: Tu sacratissimum pacifici Regis templum, in quod ille, quidquid est artis, quidquid opum transluxit tam religiosum, ut ejus additio unicum illud Sanctum Sanctorum crederetur. Tam sacrum est, ut nulla rurquam peccabile potuerit profanari. Vide alia à folio 461. usque 471. libro impress. Venetijs anno 1523. in 4. ex-

tal

rat etiam in nostra Biblioth. tomo 2. à folio 72. & si dixerint istum antiquum Scriptorem non esse expressum trutinent verba, an ex supra signatis possint deducere illam consequentiam: ergo Virgo MARIA contraxit peccatum originale.

AMBROSIUS Florentinus, Camaldulensem Abbas, scripsit pro *Immaculata Virginis puritate*. Ita Franciscus Maria à Pistoia coronā 2. cap. 5. fol. 154. & Marrac. fol. 62.

AMBROSIUS Gomez, Benedictinus Hispanus, in libro: *El Moyses segundo, nuevo Redemptor de Espana* N. P. S. Domingo de Mancada llamado alta aora S. Domingo de Silos, lib. 2. cap. 5. folio 148. inquit: *Valiente defensor fue S. Domingo de la pureza original de MARIA sombra dela original culpa era este leproso, &c.* Pues a donde MARIA està se avia de atribuir aun en sombra est pecado original: &c. Impress. Matriti 1653. in fol.

ALPHONSIUS de Herrera, Ordinis ..... scripsit Glossas pro *Conceptione Dei Genitricis MARIAE*. Impress. apud Zapamat. Tract. de Concep. folio 124. & folio 157. & folio 169.

AMBROSIUS Machin, Ordinis Beate MARIAE de Mercede, & Archiepiscopus Calaritanus, Hispanus, scripsit de *Conceptione Immaculata Beate Virginis* pro voto & iuramento civitatis Calaritanæ in honorem *Immaculatae Conceptionis Virginis MARIAE* Sermonem unum, impress. Calari, anno 1632. in 4.

Item, in Capitulo Generali celebrato Guadalphajara, vbi prædictus præfuit, facta est Constitutio pro *Immaculata Virginis Conceptione*, ut refert Sylvester de Saavedra lib. de Sacra Deipara, sectione 15. fol. 351.

AMBROSIUS Martinez de Bustos, Poëta Hispanus, in cantione de puritate Virginis, inquit: *Hermosa y sin mancha alguna*

*Siempre limpia, y siempre pura.*

Exstat in libro Ludovici de Cuvillos folio 129. impress. Granatæ 1650. in 4.

AMBROSIUS Mediolanensis Archiepiscopus ac sanctissimus Ecclesiæ Doctor, libro 2. de *Virginitate loquens de Virgine* inquit: *Quid Castius è quæ corpus sine corporis contagione generavit?* Nam de ceteris ejus virtutibus, quid loquar? *Virgo erat non solum corpore, sed etiam mente, que nullo dolo ambitu huncerum adulteraret affectum.* Hæc thalamos nuptiales immaculato servavit pudore &c. Et infra: fateor, quod ex hac Ambrosij auctoritate non potest defungi argumentum pro *immaculata Virginis Conceptione*; dicere enim possent adverarij, quod Deipara fuit virgo mente, quia nec in minutissima lapsa est cogitatione contra puritatis virginalis integritatem: sed adduxi istam auctoritatem, tum quia ab aliis scriptoribus adducitur, præcipue à Roberto de Licio ferm. de Sancto Josepho ad finem, tum propter illud verbum *immaculato*, nam si virgo MARIA thalamum nuptialem *immaculato* servavit pudore, igitur nec ante nuptias, nec post maculavit, alijs non esset, nec dici posset *immaculatus pudor*, ergo cum Virgo MARIA vocetur *absolutè immaculata* ab Ambrofio, & alijs, in tota vita sua non habuit maculam, alijs non posset dici *Immaculata*.

Item, libro 2. super Lucam, inquit: *Nec mirum si Dominus redempturus mundum, divinam operationem suam inchoavit à Matre*, ut per quam salus omnibus parabatur, *eadem prima fructum* Sa-

*lutis hauriret ex pignore, &c.* Si redemptio Domini inchoauit à Matre, cur à sanctificatione, & non à præservatione, siquidem eodem modo fuit designata Mater in primo instanti suæ generationis, sicut in secundo? si MARIA fuit prima, que fructum haufit ex pignore, cur non in primo suæ generationis instanti? tandem non dixit Ambrosius fructum redemptiois, sed fructum salutis; nam Christus fuit salutaris Salvator, ac Redemptor respectu hominum: sed propriissime, & ex toto rigore loquendo MARIE fuit salutaris, ceteris verò Redemptor. Vide de hoc latè nostram expositionem Cantici Magnificat vers. 2. ad illa verbas In Deo salutari meo. Hanc etiam auctoritatem adducit Glosa ordin. pro *Conceptione Immaculata* ad tom. 5. folio 71.

Item Sermon 2. de Nativitate, inquit. Rectè, inquam, MARIA vellere comparatur; de cuius fructu salutaria populis vestimenta texuntur, Vellus planè MARIA est, siquidem de molli sinu ejus agnus egressus est, qui & ipse Matris lanicinium, hoc est carnem gestans, molli vellere cunctorum operuit vulnorum populorum. *Omne enim peccati vulnus Christi lanâ saffunditur*, Christi foventur sanguine, ut sanitatem recipiat, Christi indumento vestitur, &c. Si lana fuit caro Virginis, & hac Christus peccatorum vulnera, ac populorum maculas suffulxit ac foavit, ergo ipsa lana absque vulnera fuit, & macula: nota illud *omne, igitur, & peccatum originale* in Matre.

Item, in Psal. 35. ad illud ego atitem sumi vermis, inquit: sed magis illud accipiendum puto, quoniam vermis nulla extrinsecus admixtione alieni corporis, sed de sola & pura terra procreatur, ideo illum comparatum Domino: quoniam, & ipse Salvator de sola & pura MARIA generatur. Legimus etiam in libris Moyse, de Manna vermiculos procreatos. Digna plane, & iusta comparatio. Si quidem de Manna vermiculus dignitur, & Dominus Christus de Virgine procreatur. *Quin potius ipsam MARIAM Manna dixerim, quia est subtilis & splendida, suavis & Virgo, que velut celitus veniens cunctis Ecclesiarum populis cibum dulciorum melle desfluit, &c.* Interrogo, quando MARIA, ut Manna de cœlo descendit, vel quasi descendit? honne quando atima ejus à Deo creata, corpora fuit infusa? Igitur si tunc fuit ut Manna, pura, subtilis, & splendida; igitur tunc nullam habuit impuritatem, vel umbram maculæ.

Item, libro 1. Epistola 7. ad Syriacum vocat *Virginem MARIAM* *immaculatam*, sicut etiam libro 2. in Lucam capite 2. *immaculatum semen illius*: quæ omnia videri possunt in Melliloquio impress. Lugduni anno 1556. & in nostra Biblioth. Tomo 1. folio 793.

Item, in officio *Immaculatae Conceptionis Leonardi Nogarolis* Lectio 4. sub nomine Sancti Ambrosij dicitur: *Hæc est virga, in qua nec nodus originalis, nec correx actualis culpa fuit.* Hæc auctoritas modò non invenitur in operibus Ambrosij, sed ipsam adducunt quā plurimi antiqui scriptores. Clithoveus libro 1. de *Conceptione*, cap. 3. folio 18. à tergo. Antonius Chucar parte 2. Bustus, Petrus, Montius, Pepinus. Citatur etiam pro *immaculata virginis Conceptione*, in Sermon de Gabanensis, & in cap. 11 Ita, quæ auctoritates non reperiuntur, vide Cartagenam libro 1. tom. 19. Ser. ran. libro 3. cap. 17.

Item,

Item, in Psalm. 118. oratione 22. ad illa verba : Erravi sicut ovis, &c. inquit : Veni ergo, & quare ovem tuam, iam non per servulos, non per mercenarios, sed per temetipsum, suscipe me non in carne, quia in Adam lapsa est, suscipe non ex Sara, sed ex MARIA, ut incorrupta sit Virgo, sed Virgo per graiam ab omni integra labe peccati, &c. Quid clarius dici potest? Vide opera ejus impress. Parisiis 1632. in fol. & alibi, ut diximus in Sole Veritatis.

**A M B R O S I U S** de Molina, Ordinis Cisterciensis Hispanus, in libr. discursuum Quadragesimalium, Discurs. fer. 6. Dominic. 2. Quadr. fol. 409. Quod Virgo MARIA singulari privilegio fuit preservata a peccato originali, &c.

Item, Dominic. in Passion. Quod Deipara fuit excepta a lege communi, & privilegiata inter creaturas ordine naturali genitrix, &c. Lib. impress. Barchinonæ 1615. in 4.

**A M B R O S I U S** de Montefinos, Ordinis Minorum Hispanus, in libro Epistolarum, & Evangeliorum per totum anni circulum, fol. 366. De Conceptione Domina nostre Virginis MARIAE Epistola, & Evangelium. Impress. Vallisoleti 1528. in fol.

Item, laboravit, & edidit pro Monialibus Conceptionis Toletan. Breviarium *Immaculatae Conceptionis Virginis MARIAE*; de quo vide latè Armamentarium N. Seraph. & Tamayum de Salazar, fol. 281. sed nota, quod hujus Breviarij sunt duas impressiones diversæ Compluti & Vallisoleti. Vide infra verb. Breviaria.

Item, in vita Christi tomo 1. in tabula, sic inquit: A los ocho dias, que es la mundissima y santissima Conception de la Virgen Madre de Dios es el Evangelio de S. Lucas &c. Lib. impress. Hispalí 1537. in fol.

**A M B R O S I U S** Neapolitanus Augustinianus, Doctor Theologus, Episcopus Lamencensis, Italus, scriptis Sermones Adventuales, inter quos unum de *Conceptione Beatæ Virginis Deipara*. Ex R.P. Ludovico Jacobo à S. Carolo in notitia manus, & de Auctore mentionem facit Eislius in sua Bibliot. fol. 46.

**A M B R O S I U S** Novidius Facius Ferentinaten. ad diem octavam Decembris, de festo *Conceptionis Virginis* poemata, in libro 12. sacrorum fastorum fol. 159. impress. Romæ 1547. in 4.

**A M B R O S I U S** Peuplus, Ordinis FF. Minorum Flander; in Præfatione ad Lectorem, Breviarii universæ Philosophiae Scoto-Augustinianæ, adducit quoddam elogium de Scoto, in quo de puritate *Conceptionis B. Virginis*; ac etiam adducit revelationes B. Amadæ pro recommendatione Scoti, circa *Immaculatam Conceptionem*. Lib. impress. Leodij anno 1648. in 4.

**A M B R O S I U S** Peñalosa, Socioratus JESU Hispanus, & insignis defensor hujus mysterij, scriptis *Vindictis Deiparae Virginis de peccato originali*, & debito illius contrahendi, rigore Theologie præstructas, & à nemine haec tenus ex professo discussas, in quibus questiones varie, tum ad Scholasticam, tum ad expositivam disciplinam spectantes noviter agitantur: librum unum divitum in duodecim disputationes, ibique de proxima hujus mysterij definitibilitate docte, & eruditè agit; impress. Antuerpix, anno 1650. in 4.

**A M B R O S I U S** Salinerus Italus, in libro Hymnorum ad Beatissimam Virginem Dominam nostram, de *Conceptione Beatissima Virginis Deiparae*, cantionem latissimam Italice, à fol. 3. usque 8. Lib. impress. Florentiæ 1611. in 4.

**A M B R O S I U S** Saxius Bononiensis Italus, Ordinis Minorum in libr. cuius titulus est: *Catastrofis Philosophica, ac Theologica peripateticæ videlicet Scoticæ, atque universalis doctrinæ explicatio*, &c. disp. 11. fol. 242. quæst. 4. sub hoc titulo: Utrum B. Virgo MARIA in capite libr. vita collocari meruerit? Primus articulus est iste: Ratio hanc movendam quæstionem redditur, titulusq; explicatur. Artic. 2. Beatissimam Virginem speciali favore prædestinata fuisse ostenditur. Art. 3. *Puritas B. Virginis Matris* ostenditur. Artic. 4. Merita B. MARIE Virginis expenduntur. Artic. 5. *Gloriosam Deiparam Virginem*, nedium ab omni peccato immunem fuisse, verum etiam peccare non posuisse, rationibus & auctoritatibus ostenditur. Artic. 6. *Huius gloriosissima Virginis impeccabilitas magis comprobatur ac stabilitur*. Art. 7. Quando Beatissima Virgo MARIA usum rationis habere inciperit: *Præambulum* artic. 8. ad quæstionem dictis resolutè respondetur, cuius conclusio est. Dico igitur primò cum Suarez, quod B. Virgo habuit actualem usum rationis à prima *Conceptione & sanctificationis sua instanti*, &c. Et prosequitur latè usq; ad fol. 282. Lib. impress. Bononiæ anno 1642. in fol. magno.

**A M B R O S I U S** Spiera Tarvisinus, Ordinis Carmelitarum, vel secundum alias (& fortè verius) Ordinis Servorum Beatæ MARIE Virginis, Italus, in libr. Serm. Quadragesim. de floribus sapientiæ, Sabbato primæ Dominicæ Quadrag. serm. 11. de puritate Virginis conclus. 3. fol. 82. *Quod Virg. MARIA fuit Concepta absque peccato originali*, &c.

Item, Sabbato quarta Dominicæ Quadr. serm. in ordine 32. fol. 222. sub hoc titulo: *De puritate Virginis quantum ad originale peccatum, Conclusionem latissimam unam usque ad f. 224*. Lib. impress. B. fileæ 1516. in fol. & in nostra Biblioth. Virg.

**A M B R O S I U S** Zanducius, Ordinis Sancti Augustini, Scenensis Italus. Quomodo Virgo MARIA depicta à Sancto Luca in Ecclesia del Populo ostenditur in die *Immaculatae, ac purissima Conceptionis*, & de tributo calicis argentei, & cereorum in predicta festiuitate à S.P.Q.R. offerri solitis, fol. 8a. Et infra, quod ab æterno fuit MARIA electa, preservata, & conservata absque omni macula peccati fol. 120.

Item, de Indulgentia concessa à Sixto IV. pro die *Conceptionis purissime & Immaculatae, &c. oblatione* facienda in ipso die à S. P. Q. R. fol. 128. & 129. Et ad diem 8. Decembris, de Indulgentia plenaria concessa à Sixto IV. pro die puræ & *Immaculatae Conceptionis dulcissime MARIAE*, fol. 146. in libro de Origine Templi in Urbe dicati Beatæ Virginis Matri Dei MARIE iuxta portam Flamineam, sine del Populo, impress. Romæ 1646. in 4.

**A M E D E U S** Lausanensis Episcopus Sanctus, & prius Abbas Ordinis Cisterciensis, in opusculo de laudibus Virginis Virginum Homilia 2. que sub hoc titulo extat de *justificatione, vel ornatu Divae Virginis*. Existimat R.P. Richardus Gibbosus Socioratus JESU, esse de *Conceptione Virginis Deiparae*, & sic eum citat in syllabo Auctorum, & videntur ex stylo homiliarum, quod in hac agat saltem de creatione Virginis, quia loquitur ibi de ipsa, tanquam de puella, & de primo gradu vite ejus, & in sequenti agit de Annuntiatione secundo gradu, seu Incarnatione verbi, & fortè in hac homilia singulari cura, & præmeditatione usus est hoc termino justificatione, ut non uteretur illo æquivoco sanctificatione, ad denotandum, quod Virgo Ma-

RIA in primo instanti sue animationis fuit iustificata, non vero sanctificata in illo sensu, & acceptatione, quia volunt Adversarii: sed quidquid sit de hoc, in praetexta homilia inquit Amadeus: Re-petamus, quae dicta sunt, & eisdem demis gradibus commorantes: Dominum innixum scalar, An-gelos etiam ascendentis, & descendentes ad Virgi-nem contemplemur. Mirantur enim pueram sanctissimam Matrem Domini cœliq; Reginam mox futuram, & in has erumpunt voces admirationis, & laudis: Quæ est ista quæ ascendit dealbata, nisi alibi vestibus ornata? ornata scilicet ornata decoris, & honestatis, iustitiae, & sanctitatis &c. ex ipsis Amadei verbis pater, quod hic loquatur de ipsa virginine, quatenus puer-la, quatenus parvula, antequam esset Mater Dei, ut constat ex illis verbis: Pueram Matrem Domini mox futuram. Quod autem etiam loquatur de ejus creatione, sive de ejus ortu, patet ex illis verbis: Quæ est ista, quæ ascendit dealbata? Verba enim ista, vel relipicunt ejus ortum in utero, vel ex utero, Conceptionem, inquam, vel Nativitatem; ego de ejus Conceptione intelligo, & explicabo verba Amadei, nam in hac fuit dealbata iustitia originali & ornata sanctitate; non vero de nativitate, quia ante nativitatem formaliter iam fuerat his exornata gratiis, & charismatibus.

Item, infra inquit: Color iste in fundamento ponitur, & ceteris coloribus substernitur, ut nobis in-nuat virtutem humilitatis in fundamento ponere; si candorem querimus, cendet perpetua virginitate, & perfecta puritate, &c. Decebat enim, ut sicut per feminam mors, sic per feminam vita intraret in orbem terrarum, & sicut in Eva omnes moriuntur, ita in MARIA omnes resurgerent; illa male credula verbis serpentis, mortis venenum miscererat, hec conterens caput serpentis antidotum vi-ta cancis ministrait, ut mortem occideret & viram re-pararet, &c. Extat hoc Amadei opus impress. Basilea anno 1617. Audomaropoli 1613. in 12. & in Biblio-th. VV. PP. Colonien. tomo 15. folio 308. & Lugduni 1633. in folio, & denique in nostra Bibliotheca tomo 1. fol. 739.

Item, Homilia 3. inquit: Descendit sicut pluvia in vellus: vellus cum fit de carne, excrescit extra carnem, & carnis passiones ignorat, &c. Designat autem gloriosam Virginem, quæ in carne degens exultit extra carnem, & carnis passiones maestavit robore Spiritus. Nam manuetudine, & humi-litate nulli familiis extitisse dignoscitur; simplicitatem ejus & innocentiam dicere nullus sufficit: Charitatem, quia humanum genus incessanter pro-tegit, & foveat, mentis intelligentia non comprehendit. Porro præfata terra eandem Virginem demonstrat terra nomine appellatam, propter quandam similitudinem: Sicut enim vetus Adam de terra incorrupta, nullumq; passa contagium formatus est, sic terrena terra Virgo novum Adam procreavit, &c. Hæc quasi expressa est auctoritas, nam si MARIA nullum passa est contagium, igitur neque originalis peccati: Hoc enim primum & præcipuum, imo nullum contagium naturæ humanae est.

Item, Homil. 7. de B. Virginis obitu, &c. sparsim haec haber: Nulla peccati nube depressa, nulla vita macula respersa, &c. Contrivit caput serpen-tis. Ab initio prænuntiata, &c. sicut expers totius corruptionis, sic immunis ab omni molestia, &c. Mirantur illi animam meriti singularis, exutam eternam libe, nullam carnis, aut seculi maculam habere, &c.

Tota pulchra es mater mea, & macula non est in-tet tota, ait, pulchra es, pulchra in cogitatu, pulchra in verbo, pulchra in actu, pulchra ab ortu usq; ad finem, &c. Omnia hæc omnimodam puritatem Vir-ginis prædicant.

AMÆDEUS, sive Amator Joa-nes Menessius in saeculo dictus, Ordinis Minorum, natione Hilpanus, in sua Apocalypsi nova, raptu 4. plura scripsit pro Immaculata Virginis Conceptione, at ejus præservatione à peccato originali. Quæ videre poteris in nostra Biblioth. Virginali, seu mari-magno MARIE tomo. 1. à fol 658.

Item, raptu 8. quamplures auctoritates Sanctorum Apostolorum, videlicet Petri, Andreæ, Iacobi Minoris, Thomæ, Matthæi, atque Mathiae adducit, pro stabiliendo mysterio Immaculatae Conceptionis in-temerata Virginis Dei Matris MARIE. Quæ omnia in hoc libro suis dabis locis. Harum revelatio-num Apostolorum fuerunt extracta plura origina-ria seorsim in fol. & nos habemus quatuor trans-sumpta diversa, de quibus agemus lit. Q.

AMÆDEUS Salius, Theologus Hæteranus, scripsit librum sub tali inscriptione: *De retinendo titulo Immaculatae Conceptionis Deiparae Virginis*, ad-versus Linum, & Cletum, contendentes reformatum à Gregorio XV. dictionario, ex Apogra-pho Reverendissimi Patris Joannis à Neapolii Or-dinis Minorum de Observantia Generalis Mini-stri, dissertationem. Colonia Agrippinae 1651. in 8. Ubi inter alia narrat §. 7. led ut gens Francica, Deipara semper fuit addictissima, ita ut vix ullibi hanc ob causam maiores fuerint turbæ. Thomas Valsinghamus Benedictinus, sic rem hanc describit in Hist. Anglicana 1386. Per idem tempus in Francia Fratres Prædicatores suam opinionem reafluentes de conceptu B. Virginis, in tantam ef-ferati sunt superbiam, ut Episcopis illis indicen-tibus hujus rei silentium, noluerint obedire, pos-trem nec Regi, & proceribus id jubentibus: quapropter extra protectionem regiam facti sunt, iussi sunt etiam intra propriæ se habitacula cohíbere: de labore manuum suarum intra loca sua vivere, egredi unquam præsumere sub pena ca-pitali: præceptumque est eis, ne de cætero quem-quam ad Ordinem suum admitterent sub pena premissa, ut post hos qui modò vivunt, nullus es-set qui eorum Ordinem continuaret. Sed existimo, quod sit hoc nomen suppositum, nam est labor R. P. Theophilii Raynaudi Societatis Jesu.

AMICUS, (sic enim intitulantur Sermones an-tiqui impressi anno 1495. Basileæ per Nicolaum Keser in 4. in Sermone de Nativitate Virginis, qui incipit: Egredietur virga de radice Jesse, &c. nota, quod invenimus de B. Virginie, &c. Hoc di-cit Prophetæ ad laudem B. Virginis, scilicet na-scentis puritatem, Egredietur virga. Glossa: cui nullus fructus adhæsit, virga enim sine curvitate na-scitur, & ira, sic B. Virgo immunis fuit ab omni peccato, nec etiam de radice contraxit originale. Bernard. fuit procul dubio, &c.)

Item, Serm. 2. incipiente: Nova lux oriri visa est, &c. in verbis istis magnificatur, &c. sic inquit: Merito ejus Nativitatem celebramus, quæ non filia iræ sed gratiæ nascitur, & hoc quantum ad origi-nale peccatum. Trium tamen Nativitas celebratur, scilicet Christi, MARIE, & Joannis Baptista, isti fuerunt sanctificati, ideo filii gratiæ, alii omnes filii iræ nascuntur, &c. Et in Serm. 1. de Assumpt.

Beata Virginitas sub themate: Et sic in Sion firmata sum, & in civitate sanctificata similiter requievi, inquit: Scimus, quod Jeremias in utero sanctificatus erat, quia Prophetus Domini erat; unde priusquam formarem te, ait Dominus, in utero novi te, & antequam de ventre exires sanctificavi te, &c. Joannes Baptista in utero sanctificatus erat, quia Baptista Domini futurus erat, Luc 2. Spiritu Sancto replebitur adhuc ex utero matris suae, &c. Beata autem Virgo ideo in utero sanctificata fuit, quia Mater Filii Dei futura erat, & merito, quia domum tuam Domine decet sanctitudo, sanctificavit tabernaculum suum Altissimus personaliter. Nam dicitur in legenda, quod Joachim Patri MARIE apparuit Angelus annuntians ei de conceptu MARIE & ait: Spiritu Sancto replebitur adhuc ex utero matris suae. Bernard. Fuit proculdubio Mater Domini sancta antequam nata: MARIA autem non solum in hac sanctificatione alios precellebat, sed & puritatem, scilicet Prophetas, Patriarchas, imo & ipsos Angelos jam beatificatos: unde Bernard. quae vel Angelica puritas, MARIE puritatis audeat comparari: &c. Et infra: Beata autem Virgo adeo fuit gratia & virtutibus firmata, quod etiam venialiter peccare non poterat, quantum ad inclinationem ad peccatum, fuit enim immunis ab omni peccato. Serm. 2. Quae est ista quae progreditur, &c. inquit: Si enim vitam ejus & beatam conversationem intueri volumus, invenimus eam immunem ab omni peccato. Plura alia habet sparsim in proposito loco.

**A M P H I L O C H I U S** Episcopus Iconii, Sanctus, ac natione Graecus, Oratione 4. in Sanctam Deicaram, & in Simeonem, sic ad Mariam loquitur.  
*Ave bella salutare, & spirituale. Ave lumen induita, Mater splendoris, misericordia occasum. Ave intemeratissima Mater sanctitatis, Ave placidissime &c.* Quomodo fuit MARIA intemeratissima mater, si quando filia peccatum contraxit originale, & ante sanctitatem experta est culpam? quomodo nescivit occasum, si in ipso ortu occubuit?

Item, infra: Deique placitum in sanctissima Virginem ad communem salutem providè dispositum detrectas, atque renuis? Qui enim antiquam illam virginem sine probro condidit, ipse secundam fine nota, & criminis fabricatus est. Quique quod est deforis, pulchre fecit, etiam quod intus est, ad domicilium anima sancte perornavit &c. Quid expressius dici vel excoquitari potest pro immunitate Virginis Deiparæ? Qui condidit primam Virginem Evans sine probro, fabricatus est secundam Virginem MARIAM sine nota & crimen: quare ergo iste Auctor antiquus non erit dicendus expressius ex tali proportione universalis?

Item, infra, & nota verba; nam sunt notatione dignissima. Nam Christiani velut qui Deo morigeri sunt, & suauis obaudient divinitus inspiratas Prophetarum prædictiones, ita ubique de laudatissima Virgine clamantes: Sanctificavit tabernaculum suum Altissimum: Deus in medio ejus, & non commovebitur: & iterum, homo natus est in ea, & ipse fundavit eam Altissimus. Adverfari, autem veritatis cum carnales sint, nec habeant spiritum Dei, carnaliter spiritualia sapienterint. Verum enim habet, quod sapienter dixit Apostolus: Animalis homo non percipit ea quae sunt spiritus Dei, idcirco optarunt, à remotis doceri testimonium, non ex nostris & consuetis Virginem ad

sanctitatem mutatam intelligere; atqui habent res manifestissimè ut obscuras velut subieciant oculis. Cum ergo ferrum illud nigrum, & terrenum, quod suas illas à natura maculas, & nigredinem juxta positis, & tangentibus corporibus adspergat, ubi commercium cum igne habuit, subque ipso momento superius natura, meliorique conditione, cum flamma, quæ efficax succedit celerrimè comparata taetum in accessum reddatur, & quod materiam quamlibet facile incendit. Quid mirum viderur, ut intemerata prorsus Virgo divini secreti, quæ à materia ignis accessu ad purum exarserit: ut quæ omnibus concretis materiæ, & præter naturam detersis, in naturæ decore splendide constiterit? Ita fane ut deinceps inaccessa, & importabilis, inadspectabilisque, carnali vilitate degeneribus sit. Ac velut qui infusam vertici aquam suscipit, toto corpore à vertice ad ima stillantem gerit substantiam humidam; sic fane, & divam Matrem Virginemque, divini spiritus adveniens sanctimonia omni parte delibutam, tunc denum viventem Deum Verbum Virginali, vnguentaque praespiranti thalamo suscepisse credimus &c.

Item, in Homilia in Purificationem Dei genitricis MARIE, vel de occurrere Domini, quæ incipit, Multi quidem; inter alia dicit de Matre Dei. *n* cum Eva non communicans, & à dolore, & tristitia liberta, ut casitatis aduersus, ut à gemitibus redempta, quippe quæ condemnationis sententiam non admisit &c. Cum Eva non communicare, & esse à tristitia libertam, & à condemnationis sententia, arguunt Virginem MARIAM fuisse immunem à culpa originali. Deinde, quid denotat esse à gemitibus redemptam, nisi ab anima, non corporis, passionibus originarijs esse exemptam? Et quando haec non sufficiunt, supra posita loquantur. Extat haec homilia apud Laurentium Surium tomo 1. fol. 818. & in nostra Bibliotheca tomo 2. fol. 185, vide ibi latè, & paulo infra: Nempe Virginem mirè excellens divinèque decenti ratione intemeratis ultis gestantem illum, qui verbo omnia portat &c. Si, ut portaret Verbum carnè indutum necessaria fuerunt intemeratae ultne, igitur ob eandem rationem intemeratus fuit tener, intemeratum corpus, nonne ergo fuit intemerata anima à prima sui conditione? Prædicta reperies in lib. impressi. Parisijs per R. P. Fr. Franciscum Combesum Dominicanum an. 1644. cum operibus Andreae Cretensis, & Methodii Patrensis in fol.

**A N A C O L Y T U S** Syrus, in Cantico de MARIE Nativitate, inquit: *Quæ ab aeterno prædestinata fuit, ut Dei domicilium, divinumque sempiterne naturæ templum foret, &c. Vide Joan. Euseb. lib. de Except. cap. 3. fol. 150. Ita non est expressus, vel saltem ex consequentia, tamen nihil habet contraria sententiam.*

**A N A S T A S I A** de la Encarnacion, Monialis Franciscana & Fundatrix Monialium de Lerma, in vita à se conscripta cap. 17. fol. 120. inquit: *El dia de la purissima Concepcion de Nuestra Señora, &c. En el instante que comulgue seme vino à la memoria el dar muchas gracia a Dios como lo hize por la gloria de un alma que tal dia como aquel le avia hido agozar, y mostrome el Señor, como otras veces me ha mostrado, la gloria de aquel alma que es muy grande, &c. Lib. manusc. in 4.* **A N A S T A S I U S** Abbas, qui vixit ad annum 800.

800. vel circiter, distinctus à Synacia; in libro contra Judæos, inquit: Si autem Dominus, & effector omnium propter suorum servorum salutem carnem assumptus, & homo factus est absq; peccato, ex MARIA semper Virgine, &c. Est antiquus Auctor, & nihil amplius habet, pro nec contra: igitur non omnes antiqui, ut dicunt Adversarii, tenuerunt ipsam in originali conceptam; & ad hoc adducuntur multi antiqui. Extat in B. VV. PP. Tomo 8. Colon. fol. 326. Fateor, quod illa verba absque peccato, primò, & per se respicere videntur Christum, sed nullam, vel parvam violentiam faceret textū, qui illa conjungeret, ac construeret cum Virgine MARIA.

**A N A S T A S I U S** Bibliothecarius, sive Colle-  
ctorius, nam idem sunt, ut dicit R. P. Ludovicus  
Jacob à Sancto Carolo; in libro de exilio S. Mar-  
tini, sic inquit: Positus est autem in tumulis sanctorum  
extra muros Chermonitarum Civitatis, quasi  
stadio uno, in pretiosissimo, & reverendissimo  
templo sanctissima & prae omnibus sanctis colende, castissi-  
ma, & immaculata, super benedictę, & gloriosissima &  
excellensissima omnium creaturarum, gratia plenissima  
gaudium facientis, & tribuentis Domina nostre, proprię  
naturę, & veritatem solius Dei genitricis: semper Virginis  
MARIAE, que cognominatur Blacernes &c. Ita P. Jo-  
annes Ludovicus dela Zerda, in Adversar. sacr.  
cap. 7. fol. 4. col. 1. Vbi etiam affirmit, quod hoc  
Anastasiū elogium stare non possit cum peccato  
originali. Ita antiquus non est contra.

**A N A S T A S I U S** Synaita Monachus, aliis Ana-  
stasius Antiochenus, quia fuit Episcopus Antio-  
chiae, ac Sanctus, natione Græcus, Orat. i. in Annun-  
tiationem Dominicam, inquit: Quā nobrem cum  
omnibus generationibus te solam beatam in mu-  
lieribus dicemus, quam neque sol voluntatis flam-  
mam immittens aduersit, neque fluxa vis lunæ, noctū  
laest. Non enim dedisti in commotionem pedem animi;  
sed eo fixo in pectore indeflexa mansisti: teque Dominus  
custodivit &c. Omnia hæc Anastasiū verba indi-  
cant Virginem nullam admisisse maculam, vel  
culpam adhuc levissimam: Si enim nunquam de-  
dit in commotionem pedem animi, quomodo  
anima lapsa esse potuit, cuius pedes non commo-  
ventur, sed sunt fixi in pectore Deo ipso custodi-  
te? certum est ergo, quod non cecidit.

Item, infra: Verbum caro factum est figuratum  
reformans, quod una cum maligni serpentis ser-  
monibus ingressum peccatum corruptioni ob-  
noxium fecerat, ac sicut per feminam mors cau-  
sata est, sic operari dispensari salutem per feminam.  
Per illam deceptam voluntate omnes mortui sumus; per hanc vivificati sumus, &c. Nulli dubium  
esse potest, quod hic loquatur Anastasius de pec-  
cato originali introducto per Ewam. Si ergo per  
feminam MARIAM fuit dispensata salus nostra, ergo  
& ipsa dispensata fuit ab illa communis lege, &  
peccato per malignum serpentem introducto, &  
a corruptione universalis, cui obnoxii eramus.

Item, Serm. 2. de eadem Annuntiatione, sic in-  
quit: Adusque te audierunt mulieres in tristissi-  
parietis filios, inque omnes seu hereditaria qua-  
dam successio divinum currebat mandatum. A te  
deinceps audierit feminus sexus: Avete feminas,  
qua gaudii principium suscepitis, solam illam in-  
ter Virgines gratiosam, pulchram, immaculatam, sanctam  
Dei Genitricem MARIAM, &c. Si inter Virgines fuit  
Virgo MARIA sola grata in omnibus, si pulchra

à planta pedis, usque ad verticem capitis, igitur  
& immaculata fuit in omnibus & per omnia; Ex-  
tant Sermones isti in Auctario Biblioth. Patrum  
Tom. 1. fol. 849. impressi. Parisijs 1648. in fol. &  
in nostra Biblioth. Virginali Tom. 2. fol. 787.

Item, lib. 6. Anagogicarum Contemplat. in He-  
xamer. inquit: Erquis mihi (dic quæsio) aut ex  
hominibus, aut ex dæmonibus audebit dicere,  
quod ea quæ est ejusdem simul cum Deo essentia  
(quod ad carnem attinet) non sit ad imaginem,  
& similitudinem ejus, qui ex ipsa natus est? Quo-  
modo enim est Mater bnijsmodi Fili non ferens integrum,  
& illessem fietus sui imaginem? &c. Extat in Biblioth.  
VV. PP. Colon. Tomo 6. part. 1. fol. 655. Vide de  
hac auctoritate Joannem Antonium Velazquez,  
lib. 2. dissert. 2. annot. 4. fol. 151.

Item, citant eum in lib. 2. Anagogicarum Con-  
templationum in principio fol. 635. quia ibi dici-  
tur: Fecit Deus salutem in medio terræ, utpote qui  
habitaverit in medio terreni uteri Virginis, & la-  
lure mundi fecerit compacto firmamento sancti  
sui corporis, in medio incorruptæ matris, fontis vita,  
puellæ Dei Matri, &c. Illud incorruptæ intelligunt,  
pro omni incorruptione, tam corporis quam  
animæ. Hæc & nihil amplius habet, hic antiquus  
Auctor.

**A N D H E L M U S** de Valle Doctor Hispanus,  
laboravit de Beata Virginis Deiparae Immaculata Con-  
ceptione librum unum pulchrum, licet parvum im-  
pressi. Barchinonæ 1634. in 16.

**A N D R E A S** de Actores Palanciolatitus, Monas-  
thus Cisterciensis, in Theologia Symbolica, sive  
Hieroglyphica pro tota sacra scriptura, &c. Deca-  
de 4. symbolo 2. & 3. agit de Beata Virgine MA-  
RIA, & postquam plura verba proculis gener-  
lia, ac universalia de ejus excellentijs, inquit: sicut  
Abacus est armarium, quod Principes confieunt  
ur auri, & argenti vascula in eo recondant, su-  
amque gloriam, & opes cunctis ostendant, ita Regis  
Messia Mater erat armarium, quod Deus ipse construxit,  
ut Messias in ea sedeat ad majestatis sue gloriam  
mortaliis omnibus demonstrandam, &c. Lib.  
impressi. Salmantice 1597. in 4. Si Deus construxit,  
ac formavit Deiparam, ut omnes divitias suas in  
ea ostenderet, absque dubio in ipsa etiam justi-  
tia originalis pulchritudinem demonstravit. Et si  
iste non fuerit ad rem, excludatur.

**A N D R E A S** de Almaguer, Societatis Jesu His-  
panus, scripsit Sermonem de Purissima Conceptione  
MARIAE Sanctissime Domina Nostræ, impress. cum  
alijs Granata 1651. in 4. à fol. 62.

**A N D R E A S** de Almansa, & Sigura, Ordinis  
Sancti Basilij, Hispanus, in Sermone Sancti Iosephi  
ad finem, inquit: prædestinò à la Virgen para  
Madre, con todos los dones, y gracias que essa  
dignidad pedia, y estos dados porlos meritos de  
su Redemptor, en virtud delos cuales la exemptuò  
del pacto hecho con Adán, cuya hija fue en lo natural,  
&c. impressi. Granata 1636. in 4.

**A N D R E A S** Amicus, Beneficiatus Basilicæ Va-  
ticane, dispositus Ordinem recitandi officium divi-  
num, in quo ad diem 8. Decembris dicitur: Concep-  
tio Beatissime Virginis Duplex. Lib. impressi. Romæ  
1637. in 8.

**A N D R E A S** Apostolus natione Galilæus, sic de  
Virgine Dei Matre inquit: Primus enim homo  
per lignum prævaricationis mortem induxit, &  
necessarium hoc erat generi humano, ut per lig-

num passionis, mors quæ ingressa fuerat, pellere-  
tur, & quomodo de immaculata terra factus fue-  
rat homo primus, qui per lignum prævaricationis  
mundo mortem intulerat, necessarium fuit, ut de  
*immaculata Virgine* natus Christus perfectus homo,  
qui est Dei Filius, qui primum hominem fecerat in  
vitam aeternam, quoniam perdididerant omnes, repara-  
raret, ac de ligno Crucis, lignum concupiscentiæ  
excluderet, expandens in cruce immaculatas ma-  
nus pro omnibus, &c. Sic Anonymus, Philaleetus,  
Eusebianus de miraculis, ac passionibus Apostoli.  
fol. 24. pag. 1. in principio. Vide Velazquez lib.  
4. Dis. 1. ann. 1. aliqua ex prædictis referentem ex  
Presbyteris Achæis.

Item, in Concione habita in transitu Beatissimæ  
Virginis, sic inquit: *Tu sola ab universali damnatione  
preservata fuisti, non tu mortua in Adam fuisti.* Unica es,  
unica immaculata recessisti à quo cumque pecca-  
to, recedere à peccato tam longè nemo potest, &c.  
Ita Amadæus in sua Apocalypsi Rap. 8. Marracci-  
us in Apost. Marian. fol. 132. Velazquez de Con-  
cep. ubi supra.

Item, idem S. Apostolus loquens cum Virgine  
MARIA, sic inquit: *Tibi & filio nos commenda-  
tos fore velis, ut que sine peccato semper fuisti, nos, &  
posteros peccatores tui charitati complecti dig-  
naris, &c.* Vide Auctor, citatos vbi supra, & præ-  
cipue Velazquez fol. 309. Auctoritates ista in nos-  
tra Bibliotheca, sic extant: *Justum, & rationabile  
fuit, ut Mater Dei tanta puritate splendor, & tanta  
pulchritudine fulgeret, ut sub Dei nostri pulchritudi-  
ne, nulla in terris, vel in celis major excogitari  
posset; tota enim pulchra es, & nulla macula in te est,  
nihil in te horridum, nihil retrum, omnia splendent,  
omnia rutilant, omnia radiant.*

Item, infra inquit: *Quando totum humanum  
genus damnatum erat, totum perierat, totum hæ-  
reditate privatum fuerat, tu sola ab universali omni-  
um damnatione preservata fuisti: electa enim eras in  
genitricem Dei, & omnium Reginam; ita si ho-  
mo non peccasset, tu inter omnes, post Filium  
tuum prima in regno Dei esses, peccante vero ho-  
mene, jam remedium paratum erat, labores,  
inquam, & dolores JESU Christi filij tui, & Do-  
mini nostri, sive decreto æterni firmatum erat,  
ut passio illius super omnes tibi prodebet, quam-  
vis nondum exhibita esset, quæ tantum valuit,  
quantum a Domino Deo acceptata fuit. Non ergo tu  
mortua in Adam fuisti, quoniam ratione propaginis tue  
(quia sicut & alij ex uteroque parente nata es) mor-  
tua fuisti. Quoniam eterque illorum parentum  
sanctissimus fuisset, unica columba sine jolle, uni-  
ca & immaculata remansisti à peccato quoniamque, rece-  
dere tam longè à peccato nemo potuit, &c.* Vide N. Bi-  
blioth. Virginalem. tom. 1. pag. 712. colum. 1.

ANDREAS Barbatius Siculus, Archiepiscopus  
Panormitanus, & S. R. E. Cardinalis, scribens su-  
per decimales in capit. Conquestus, titul. de Feris,  
tom. 3. fol. 143. loquens de Conceptione Virginis  
Deipara, sic inquit: *Sed de Conceptione ipsius  
Virginis passiva, id est, quando ipsa fuit Concepta  
dubitatur. Speculo tituli in principio dicit, quod  
hoc festum non est de præcepto, quia fuit Con-  
cepcta in peccato originali, dicit tamen: quod in  
multis locis celebratur ex devotione non impro-  
banda. Joannes Andreæ in hoc ultimo contradic-  
tens, tenet Conceptionem illam, quæ fuit ex hu-  
mano semine non venerandam, & dicit, quod fuit*

in originali peccato concepta, ut not. de Confec.  
dis. 3. cap 1. licet post Conceptionem immediate  
sanctificata, & ob hoc colit Ecclesia festum Nati-  
vitas secundum eum. Adverte, quia de hoc fuit  
longa alteratio inter Fratres Minores ex una parte  
afferentes Conceptionem fuisse sine peccato, &  
Fratres Prædicatores ex alia parte afferentes con-  
trarium, &c. pro hac allego bonum textum & noto-  
bile in cap. Firmissime de Consecratione, dis. 4. Sed  
credendum est Deum ab hac obligatione absolvil-  
se à principio B. Virginem, ex qua debebat carnem  
humanam assumere; & hæc opinio mihi placet tan-  
quam pia, & satis rationabilis; cùm enim non solum  
peccatum originale deleverit, sed etiam omnem  
pravitatem & concupiscentiam, adeò quod peccare  
non poterat, vt notatur in capite 2. de Consecra-  
tione dis. 4. ibi vide per Glossam quid operatur  
peccatum originale; & cùm ipsum tollat Bapti-  
minus; Potius credendum, quod à principio illam excepit  
ab illa obligatione originalis peccari. Et audio, quod  
hanc opinionem Ecclesia approbavit, unde hodie  
fit festum celebre de Conceptione in qualibet  
Ecclesia, &c. Lib. impress. Venetijs 1617. in fol.  
scribebat hoc Archidiaconus ad an. 1423.

ANDREAS Bonfanti Italus, Tertiæ Ordinis  
P. N. Francisci, in tabula illa curiosa, cuius titulus  
est: *Sancti & Beati del Seraphico P. S. Franco*  
con le indulgenze è gracie concessioli fin qui di  
sommi Pontifici &c. Dicata serenissimæ Mariae  
Magdalena Archiducissa Austriae & Toscanae. De  
indulgentiis concessis à Sixto IV. & Leone X. po-  
die Conceptionis. Impress. in charta expansa Flo-  
riet an. 1615.

ANDREAS de Bonilla Calderon, Prior Sancti  
Pauli civitatis Vbedæ Hispanus, in Discursu Theo-  
logico de Sanctissimo Eucharistia Sacramento  
fol. 15. *Quomodo se ostendit Deus in præservatione Vir-  
ginis MARIE à peccato originali.* Vide ibi latè, impres.  
Baezæ 1612. in 4.

Item, scriptus Sermonem de *Immaculata Conceptione  
Virginis MARIE*, impress. Baezæ 1626. in 4.

Item, edidit Glorias pro eodem mysterio *Imma-  
culata Conceptionis*, vt videre est in lib. impress.  
Baezæ 1618. in 4. fol. 79.

ANDREAS Bosch Hispanus, in libro Summarium,  
Index, & Epitome dels admirables, y nobilissi-  
mis titolis de honor de Cathalunia, Rosselion, &  
Cerdania. Dicatum est hoc opus *immaculata Con-  
ceptioni Virginis Deiparae* cum imagine imma-  
culatae Conceptionis cum hoc titulo: *Dirigit à  
immaculata Concepcio de diva Virgine Sanctissima Ma-  
dre de Deo, y Señora nostra.* Et fol. 35. Colum. 1.  
loquitur latè de *immaculata Conceptione Virginis MARIE*, & constituzione Joannis Regis Arago-  
nia anno 1456. impress. Perpiniani an. 1625. in fol.

ANDREAS de Burrio Canonista, in capit. Ve-  
nerabilem, qui filii sine legitimi, scribit *Virginem  
Deiparam Mariam ab originali labe fuisti inuincuta*: ut  
refert Daniel Agricola in corona Conceptionis  
fol. 175. Nescio, an hic sit distinctus ab alio Anto-  
nio Butrio Canonista, de quo infra.

ANDREAS Capilla Carthusianus, Episcopus  
Vrgelenensis Hispanus, de *Immaculata Conceptione glo-  
rissime, & purissime Virginis MARIE* Mariana  
Dei, meditationes duas super Evang. in 3. part.  
Meditationum impress. Venetijs 1591. in 12. &  
Matrii 1592. in 4. à fol. 19. usque 26.

ANDREAS Carcionus, Sacerdos Italus, im-  
press,

prefessis atque edi curavit librum de candido lilio, seu Symbolo Virginitatis, Italicè conscriptum à R. P. Eliseo Vassallo Carmelitano, in quo vocatur *Virgo MARIA immaculata, pura plena, absque culpa, & macula;* & alia his similia, & in prologo, & a fol. 191. usque 207. impressi. Neapoli 1647. in 12. ANDREAS de Claramonte, & Cortoy Poëta Hispanus, in Litanie morali ad illa verba: Sancta Virgo Virginum fol. 28. sic inquit hispanice.

*Despues por que en su pureza  
Con las sietas, que bára  
No roga naturaleza  
Pasando de Virgo en libra  
La libra de fierza.*

Lib. impress. Hispali 1613. in 8.

Item, editit aliud opusculum sub hoc titulo: *Carta summa del largo zelo que los artifices del oro y la plata ofrecieron en el comun gozo, que gano esta Christianissima ciudad en el Romano induito: triumpho de MARIA parvissima en su primer instantaneo, &c.* incipit: *Paz sea al cansancio graue, &c.* Impres. Hispali in 4.

ANDREAS Cretean, Ordinis Minorum Flander, sub R. P. Francisco Ronsel Sacrae Theologiae Lectore defendit Insulis die 13. Maij an. 1650. *Virginis Conceptionem à peccato suisse originali preservatam, & quid hoc potest ab Ecclesia definiri, &c.* per plures Conclusiones. Impress. Duaci an. 1650. in charta expansa.

ANDREAS Croquecius, Ordinis Sancti Benedicti, in Catechesibus Matthæi Galeni, Cath. 17. fol. 57. Loquens de illa particula ab Adamo transflua usque ad MARIAM, inquit: *Non sunt equidem ista prorsus impia, quatenus nimurum Carbolica sententie de Immaculata Virginis Conceptione suffragantur, &c.* Lib. impress. Duaci 1574. in 4. & Lugduni 1593. & in nostra Biblioth. tom. 3. à fol. 94.

ANDREAS Duvalius, Doctor Parisiensis Sorbonicus, in suo libro de peccatis tract. 1. q. ultim. art. 7. affirmat latè *Virginem MARIAM preservatam suisse à labore peccati originalis*, ac redemptam sanguine Christi Domini, &c. Vide Joan. Anton lib. 1. de MARIA immaculatè Concepta, Dissert. 4. annot. 1. fol. 96. Christoph. de Vega Palest. 3. certam. 20. fol. 133. Petrum Possum in suo Vincentia victo, & alios.

ANDREAS D. L. Ordinis Minorum Gallus, in Sermonibus Adventualibus super Psalmum 28. fol. 173. pro secunda Dominica Adventus habet Sermonem de *Immaculata Virginis Conceptione* usque ad fol. 198. Lib. impress. Parisiis 1630. in 8.

ANDREAS Eborensis, Ordinis Prædicatorum Hispanus, in lib. tentiarum, & exemplorum, ex approbatissimis quibusque scriptoribus, &c. f. 251. Verbo MARIA, inquit: *MARIA ante sancta, quam nata, ceteris virginibus per partes præstatur gratias MARIE* vero se tota infudit gratia plenitudo. Magna fuit sanctificatio Hieremij, quæ potuit facile vitare culpam mortalium: major Joannis Baptiste, quæ potuit frequentiam vitare venialium, maxima Virginis MARIE, quæ potuit vitare, immo ritavit omne peccatum, &c. Alia adducit plura. Vide ibi lib. impress. Venetijs 1585. in 8. & 1576. in 12. Regali, et alibi. Fateor, quod vitare peccatum respicit hic peccatum actuale: nam illud possumus vitare, non originale, sed cum iste nihil aliud habeat pro nec contra in hac materia, videant in qua Militia collocandus sit.

ANDREAS Favitus, in lib. 3. de Theatro honoris cap. 8. sive Historia Navarræ git de ordine Equestri eretto à Borbomo Bono, cuius equites in festo Conceptionis Virginis MARIE, procedebant cum magna gloria, gestantes Imaginem ejusdem B. Virginis. Ita Benedictus Gononus in Chron. Sanctissimæ Déiparæ ad annum 1370. fol. 316. & alii.

ANDREAS Fernandez de Cordoua Hispanus, Episcopus Pacensis, præcepit observari festum *Immaculatae Conceptionis* in tota Diocesis, in Synodo habita ad annum 1610. ut apparet in libro impresso eodem anno; & refert D. Joannes Solanus de Figueira, & Altamirano ejusdem Ecclesiae Canonicus, in relatione ad nos misa.

ANDREAS Gessominus de Cortona, Procurator Generalis totius Ordinis Sancti Augustini, Italus, in lib. dicto: Tesero cœleste della divotione di MARIA Vergine Madre di Dio cap. 20. agit latissimè de puritate Virginis, & quod nullum habuerit peccatum actuale, vel originale, sed ab illo fuerit preservata, liberata, atque singulariter redempta, sic eius Conceptione fuit sancta, & immaculata, pura, & plena omni gratia. In impress. Venetiana, anno 1625. in 4. à fol. 215. usque 228. & in impress. Paduan. 1618. in 12. à fol. 314. usque 320.

ANDREAS Gianetti de Salo, Ordinis Prædicatorum, Italus, in Rosario sacratissimæ Virginis MARIE compaginato, ex operibus R. P. Ludovici Granatensi: De Annuntiatione Angeli ad gloriosam Virginem MARIAM, mysterio 1. fol. 15. inquit: Dovi enanzi di tutte le cose dobbiamo considerare la purità, & santità di questa gloriosa Vergine, la quale ab eterno fu da Dio eletta per la Incarnatione dell' Unigenito suo figliolo: Per che si come nella creatione del primo huomo Adamo Id dio gli apparechio per sua habitatione la casa dou egli habitare doveva, che fu el terrefré paradiſo, così quando mando' in terra il suo secundo Adamo che fu Christo, gli apparechio primamente il luogo della sua habitatione che fu il corpo & l'anima della sacra Vergine, & si come per l' Adamo terreno era conveniente una stanza terrestre, così per l' Adamo che discese da cielo, si convene una casa celeste ornata di virtù, è doni celestiali: & perche in Dio è una nobil conditione di far tutte le cose atte aquel fine, per il quale egli l'ha ordinata, per ciò habendo eletta questa Vergine sacra per si gran dignità, quanto è essere Madre di Dio, parimente gli diede maggior santità, è perfectione, eccettuata quella del figliolo di Dio, & essendo Madre del Santo de Santi, le fu per altro, & divino modo donato maggior copia di grazie è privilegio che si concedifero mai attuti i Santi & Sante. Tra i quali il primo & maggiore fu l'essere Madre di Christo. Il secondo non sentire in sé stessa sorte alcune di cattiva inclinatione, né appetito disordinato: il terzo non haver giama in tutta la sua vitta pensato non chè commesso peccato veruno, ne mortale, ne veniale: cosa certamente che ogni maraviglia eccede, &c. Lib. impress. Venetiis 1587. in 4. & Roma 1573.

Item, ibidem in explicazione salutationis Angelicæ fol. 190. inquit: Fu mandato l' Angelo Gabriele da Dio à MARIA Vergine, &c. Si dimostra etiam la dignità di questa oratione per il tenore, & sententie di essa, imperoche MARIA Vergine en quella è massimamente commendata. Prima, perche in essa si manifesta come fu purissima per che fu neta, & munda da

ogni culpa, & perci dice: *Ave, ciasenzi, re di peccato, & di macula alcuna, &c.* Libr. impress. Venetiis 1607. in 4, & in alia impress. ibidem, facta anno 1587. etiam in 4. Sed verba supra posita cum tota explicatione Salutationis Angelicæ, defunct in impress. Romana facta anno 1573. in 4.

Item, in prima Oratione ad Virginem MARIAM folio 194. inquit: *Iddio ti salvi o Vergine misericordiosa, tanto desiderata dagli antichi Padri, rappresentata con diverse figure, & promessa con multe profetie, & revelationi, &c.* *Iddio ti salvi Vergine soave, da iddio miraculosamente nel ventre de la Madre tua abbelita, & ornata di perfezioni & gracie, &c.* Hac verba extant in tribus impressionibus supra relatis, quia cum non ita clare, & aperte exprimant mysterium Immaculatae Conceptionis, sicut prima, etiam in impressione Romana prodierunt. Neque una, & altera auctoritas extat in impress. Venetiis facta anno 1573. in 12. Sed unde haec diversitas proveniat, invenire non potuisse quibus omnibus existimo istum fere esse expressum.

ANDREAS Guilielmus Dietelius, Germanus, in assertioribus ad Ferdinandum III. conclus. 38. inquit: *Quare nec peccatum originale contraxit Virgo, neque ita in pacto Adami fuit unquam, &c.* fol. 23. impress. Antuerpiæ 1630. in fol.

ANDREAS de Guzman, & Acuña Marchio de la Algaia, Mariscalis Castellæ, &c. Hispanus, dotavit lampadem ut perpetuo arderet coram Imagine Immaculatae Conceptionis Virginis MARIÆ in triumpho Granateni. Ita R. P. Hieronym. Zapata in Sermonे funerali, folio 8. & mortuus fuit hic p̄fissimus Princeps in die immaculatae Conceptionis, ut refert idem, qui supra folio 12. & P. Zea, in alio Sermone fol. 13.

ANDREAS Hierosolymitanus, Archiepiscopus Cretensis, sive Carthophilax, Sanctus, ac natione Græcus, in encomio de Nativitate sanctissimæ Deiparae, quod ineipit. Adebet nobis præsens solemnitas, folio 3. vocat Virginem MARIAM *Immaculatissimam, ac viri nesciam Virginem hanc, ex qua gentium salus & expectatio processit, &c.* Hæc sunt Andreæ duo encomia diversa, atq; distincta; primum Immaculatissima, alterum viri nescia: illud respicit integratem animam, hoc corporis, & in Virginie utrumque donum perfectissimum, & æquale, hoc est, quod sicut fuit viri nescia, ita à primo sue vice instanti, fuit in anima immaculatissima. Et infra, dicit *Virginem MARIAM fuisse primitiam naturæ nostræ, que ex tota consperione nihil inquinamenti suscepit, &c.* Hic Andreas exp̄sè eximit Virginem à peccato originali, ut ipsem P. Combes Ordinis Prædicatorum ejus scholastæ fatetur nota 9. fol. 338. Nam nihil aliud est peccatum originale, quam confersio, quæ inclinata fuit natura humana, & si illius aspergimus nullum inquinamentum habuit, igitur libera fuit à consperione peccati originalis. Ibidem infra: *Vocat Virginem mundam & intactam, & parum infra: mundam prorsusq; Immaculatam.* Et infra: *Quod ex Iacobino & Anna generosus nobis fructus Virgo hæc Immaculatissima, &c.*

Item, in oratione in sanctissimæ Deiparae Dominae nostræ Annuntiationem, in principio dicit de Beata Virgine, quod Deus ipsam *velut resam ex spirito sibi omnipotens elegit, &c.* Infra: *Vocat Deiparam ingenuam ac Davidis Filiam, quæ ad vocem Angeli turbata fuit, quia cogitationes suas statim converserunt ad primi parentis lapsum, secum animo volvens*

*deceptionis casum, &c.* Et infra: declarat, qualis fuerit illa turbatio & timor, dicens: *Invenisti enim gratiam apud Deum, nimurum gratiam, quam Eva amiserat, dicendo gratiam, solvit quicquid sententia videbatur habere ambiguum, quodque haec tenus visum erat infidolum, &c.* Et statim: *gratiam, inquam, quam Sara non accepit, quam non cognovit Rebecca, quam Rachel necivit: Invenisti gratiam, quam nec celebris illa Anna, nec ejus adversaria Phenenna consequi meruit, &c.* *Gratiam innuenisti, quam nullus a seculo, sicut tu invenisti, &c.* In his verbis respicit sententiam prolatam contra primos parentes, scilicet peccati originalis, hoc enim à principio mundi fuit infidolum, & ambiguum, quia tam viris, quam feminis insidiabatur, & ex eo quod MARIÆ fuit gratia plena, totum hoc fuit dissipatum. Sermonem istum Divi Andreæ Hierosolymitani in S. MARIÆ Deiparae halutationem, alia interpretatione, & forte meliori, facta a M. Hoppero invenies in libro dicto Orthodoxographia Theologie Sacrosanctæ, & superioris fidei, & impress. Basileæ tom. 2. fol. 989. in folio.

Item, Serm. 1. de Dormitione S. MARIÆ, loquens cum Deipara, inquit: *congruam, que tibi gloriam, & splendorem pro commodata carnis assumptione, substantia adhibuit, &c.* Si contulit gloriam, igitur, & gratiam non esset autem gratia congrua pro carnis assumptione, nec excellentissima, si illa in primo ipsius Conceptionis instanti careret. Et infra: *Voca Virginem augustum finum, vestem sine macula, omen, vitulum jugi experiem, saginati vituli mundissimum vellus, &c.* Si enim MARIÆ fuit vestis sine macula, & vitula jugi exp̄s, atq; mundissimum vellus non videtur credibile nec rationabile cum his elogii, quod peccatum contraxerit originale.

Item, Serm. 2. de Dormitione S. MARIÆ, vocat eam: *Immaculatissimam, cuius res omnes si narrando velim ordine prosequi, nimurum esse, Conceptionem, Nativitatem, haudquaquam occurrat tempus, quod Sermoni sufficiat, aut Sermonis vis, quæ res exequare possit.* Et infra: *Vocat Virginem MARIAM sine macula, & impollutam.* Infra, circa finem, inquit: *In Regina hac Immaculata, illustrissimamq; ipsius Mater, &c. De munda illa, & Immaculata, ac tortu sanctatis plenisima, &c.* Si munda, & Immaculatissima, igitur ab omni peccato aliena.

Item, Serm. 3. de Dormitione S. MARIÆ, dicit de Beata Virgine: *O purior omni auro, & materia omni sensibus subjecta: o virginalis terra, ex qua novus Adam, & secundo illo vetustior prodijt, quod te sepulchrum testorum est? quæ te susceptra terra, quæ cœlum ac celi naturam puritate, supergrellat, &c.* Et infra loquens cum eadem inquit: *Per te oblitia est peccari occasio, mutata sunt, &c.*

Item edidit Canonem die 9. Decembri de Conceptione sanctæ ac Dei Arvia Anne, & incipit: *Tuam hodie Religiosa Anna celebramus Conceptionem, quod absoluta sterilitatis vinculis eam utero conceperis, quæ eum potuit capere, qui nusquam capi potest.* Sed nota, quod hæc R. P. Francisci Combes translatio distat plusquam cœlum à terra, à translatione R. P. Simonis Wranghereckio Jesuitæ. Hæc enim extensior atq; clarior est. Vido Canonem in Joanne Antonio Velazquez libr. 4 de MARYIA Immaculatæ Concepta, dissertat. 4 adnot. 1. folio 333.

Item, in Canonice de natali Sanctissimæ Domini Dei-

ue  
im  
uid  
que  
ra  
on  
ve  
nec  
sc.  
em  
cam  
ilis,  
&  
fia  
to  
Dvi  
pa  
ne  
ict  
fin  
89.  
  
tens  
, &  
ma  
am  
m  
dus  
ocat  
em,  
sum  
ma  
llus  
his  
  
cat  
re  
nt  
ate  
fut  
uit:  
Ma  
cilla  
e de  
mini  
wus  
d te  
rra,  
ella  
Po  
  
Coo  
am  
em,  
on  
ca  
aifi  
ter  
kio  
ide  
r. 4  
4.  
  
int  
dei

# 77. de Immaculata Conceptione. Lit. A. 78

Deipara ad diem 8. Septembris, vocat Virginem MARIAM: *Immaculatam agnam, Virginem Iesu intemeratam.* Et sic per totum Canonem sparsum, ac frequentissime dat Virginem MARIAE hujusmodi epitheta. Et aliquando vocat Deiparam *Virginem velut à principio inviolatam*, sicut etiam, & Christum fructum Deipara intemeratum; que omnia eius intemeratam, ac immaculatam Conceptionem respicere possunt.

Item, in magno Canone, pro Sancta MARIA Aegyptiaca, vocat Virginem MARIAM *intemeratam Deiparam, intemeratam Dominam, immunem, quando vero loquitur de ejus Virginitate, vocat eam incorruptam, viri nesciam.* Et infrat *totam meam massam, & Salvator portans, castamq; servasti, vulnus intemeratum.*

Item, in Trioda feria 3. Majoris H  bdomad   etiam vocat ipsam *intemeratam Matrem, &c.*

Item, in diem festum medi   Pentecostes similiter vocat MARIAM *intemeratam*, que omnia invenientes in operibus pr  dicti Andre   Cretensis gr  colatinis editis a R.P. Fr. Francisco Combesi Dominicano, impressi Parisijs anno 1644. in fol. cum operibus Amphiliochii, & Methodii.

Item, scriptum Canonem Ecclesiasticum in festo Sancta Annae Concipientis, sive de Anna Virginem MARIAM Concipiente, quod est egregium de Immaculata Virginis Conceptione monumentum, latinitate donatum a R. P. Sunone VVangnereckio Societatis Jesu, adductum ver   a P. Velazquez. lib. 4. de MARIA Immaculat   Concepta, dissertat. 4. adnot. i. folio 333. Vide SOLEM VERITATIS secund   imprecisionis.

Item, in M  nitis Gr  c. die S. Aligusti, Ode 6. de SS. Machab  is, vocat MARIAM: *totius Trinitatis Ideam, eam efficaciter representantem, &c.* Quomodo autem ex hac auctoritate, & epitheto illo Id  am colligatur immunitas Virginis a peccato originali. Vide Joannem Antonium Velazquez libro 4. de MARIA immaculat   concepta Dissert. 5. adnot. 2. fol. 345. Sed dices, quare hujus Doctoris tot, tantaque auctoritates adduximus, c  um aliqu   ipsarum ad nostrum non videantur pertinere afflumpsum, ad quod dico solum, quod Adversarii citant ipsum pro sua opinione cum quadam auctoritate supposita, cuius nec uerbum extat in Andrea, & ut videant quod pro Sole veritatis legitimus totum, & ad hanc materiam pertinentia directe vel indirecte tantum invenimus relata.

ANDREAS Hondoiffius Germanus, de Historia memorabili apud Bernenses, circa Conceptionem gloriose Virginis Matris Christi, Caput unum fol. 75. in Theatro historico, sive promptuario illustrium exemplorum Francofurti 1509. in fol. De ista lamentabili Historia habemus tres tractatus, duos typis mandatos eodem anno scilicet 1509. & alterum manuscriptum.

ANDREAS a Lao, seu a Cruce, Ordinis Carmelitarum Cathaniensis, in primâ part. Divi Thoma q. 12. art. 11. disp. 65. Quod Virgo Maria fuit libera a culpis, ideoque dicitur; *Totu pulchra es amica mea, & macula originalis non est in te Cantor. 4. ubi a sponsu ter invitatur ut veniat de Libano, id est, de triplici candore exclusive tripli- cem maculam, scilicet peccati originalis, mortali- lis, & venialis, &c. vide pagin. 316.* Lib. impress. Genouae 1650. in fol.

ANDREAS Lucas de Arcones, Granatenensis Hispanus Societatis Iesu, in elucidatione Ifai  

Prophet   litterali, mystica, & morali: *Pro Immaculata Virginis Conceptione, ac eius pr  servatione a peccato ori- ginali,* adducit plura sparsum per totum lib. pr  cipue cap. 2. versic. 2. exposit. 6. discurs. 1. a fol. 281. Vide in Indice, Verbo MARIA, atque Verbo Deipara, lib. impress. Lugd. 1642. in fol.

ANDREAS Malevatus, Poeta Italus, in Can- tione ad Virginem Deiparam fol. 75. ita cecinit;

*Sole, che mar non ha quando tramonte,*

*Rosa che di peccato non ha spine, &c.* Extat in libro dicto sacri Applausi. Impressi Mutinæ eti   alii.

ANDREAS Mendus, Doctor Salmanticensis, Societas Jesu, Hispanus, scriptis tract. sub hoc titulo: *Memorial ajustado de los fundamentos incontrastables de la Immaculada Concepcion de la Virgen MARIA nuestra Se  ora.* Respuesta a las razones de la opinion contraria; concluyese, que es proxime diffinibile por misterio de Fe por la Sede Apostolica, &c. Habet fol. 20. impress. absque loco, anno 1621. in folio.

Item, in tomo de Iure Academic   post librum 3. habet Appendicem de voto, seu juramento, quod ab Academijs, & studiosis emitte soler defendendi pr  servationem Virginis a peccato originali, in 1. editione a pag. 390. v  que ad 443. Lib. impress. Salmantica 1655. in fol. & in 2. idem additum.

Item, in tom. de Ordinibus Militaribus, disquisit. 12. quest. 9. scriptis de voto defendendi Immaculat   Conceptionem, quod emittritt in tribus Ordinibus Militaribus, in 1. editione a fol. 389. v  que 393. & in 2. editione non pauca pro pia opinione addidit.

Item, in lib. cuius titulus est: *Statuta opinionum benignarum in controversiis moralibus,* scriptis pro pia sententia de Immaculata Virginis MARIAE Conceptione, dissert. 13. Miscellanea, q. 1. §. 2. ubi se defendit a Fratre Dominico de Sancta Theresa. Autore tom. 4. Gurus Carmelitani, & liber iste sudat sub prelo.

ANDREAS Michaelis Bombergi Abbas, Re-ctor Benedictinus, natione Germanus, scriptis lib. de Conceptione Virginis MARIAE, vixit ad annum 1483. de quo Gerardus Joann. Voissius, lib. 3. cap. 6. Possevinus tom. 1. Apparatus, Hippolyt. Marrac. in Biblioth. fol. 92. Anton. de Leon, Clavis 1. Hic fuit ex illis, qui tempore Trithemij scripsierunt contra Wigandum, & Bandellum.

ANDREAS Molanus, Clericus Regularis Italus, in promptuarii, triplicis juris, Divini, Canonici, & Civilis tract. 1. num. 113. fol. 18. ad illud: Dominus tecum. *Quod Virginis MARIAE Conceptio fuit sine peccato originali.* Vide ibi.

Item, tract. 8. cap. 6. de divisione peccatorum n. 20. fol. 544. inquit: *Beatisima Virgo est etiam Concepta absque peccato originali,* quod explicatur inferius, a- gendo de defectibus peccatorum, &c.

Item, codem tract. 8. cap. 11. nu. 19. quod Virgo MARIA, licet prodi erit ex massa peccato obnoxia, *suit tamen a peccato originali preservata,* nullus autem fuit magis liberatus, magis salvatus, magisque redemptus, ac nullus magis obligatus extitit Salvatori quam ipsa; non enim solum salvata est, sed magis saluari magisque redimi non poterat; que enim labo numquam polluta est, aut quavis sorde; neque dum est, neque dum a Deo in eternitate in- telligeretur (& hoc meritis Salvatoris nostri Deo prae-notis) magis redimi non potuit, &c. Lib. impres. Neapol. 1615. in folio.

AN-

ANDREAS Mocenius Artium Doctor, in Penitentie cum lib. 3. Theologie, sic inquit: Nihilominus antehac MARIA totam Spiritus sanctus in eam præveniens, à peccato in origine prorsus purgavit, in momento illo sue Conceptionis tollendo omnem reatum & debitum per apposita gratiam, & quæ actus per baptismum mundamus, &c. Lib. impress. Vene-

nei 1511. in 8.

ANDREAS Nicolius Italus, de Ecclesia fabricata, & Altari sub titulo Conceptionis Beatae Virginis MARIE in Conventu S. Francisci de Rovigo &c. In Historia ejusdem civitatis lib. 2. ad an. 1614. fol. 27. impress. Brixiae 1589. in 4.

ANDREAS de Novo Castro, ut existimo Ordinis Minorum Italus, tenuit, & scripsit pro sententia de Immaculata Virginis Conceptione, ut expresse testatur Antonius Cucharus Episcopus Acerensis in suo Elucidario de Conceptione, parte 2. fol. 63. colum. 2. & ex hac notitia alij quam plurimi: Ita ut fere nullus sit qui istum non adducat.

ANDREAS de Olmos, Ordinis Minorum Hispanus, prædicavit in Indiis Occidentalibus, ac stabilivit Devotionem immaculatæ Conceptionis Dei Matris MARIE. Ita Antonius Daza lib. de Concept. cap. 6. fol. 44.

ANDREAS Perbenage, Societ. Jesu, scripsit libellum de Immaculata Virginis Conceptione, ut magis devotè celebrarentur eius solemnia. Ita Philip. Allegambe in Biblioth. Societatis Jesu, fol. 28. Hippolyt. Marrac. in Bibliot. Mar. fol. 90. & in Catal. ad annum 1626. Pistoia, fol. 156.

ANDREAS Perbenedictus, Episcopus Venusinus Italus, in Synodo Diceciana, præstit modum denuntiandi, & obseruandi festum Conceptionis Beatae Virginis MARIE, &c. Vide verb. Venusina Ecclesia.

ANDREAS Perez, Ordin. Prædicatorum Hispan. in Sanctorali tom. 2. in Sermone S. Th. Apost. art. 1. fol. 183. sic inquit: quando dixo Ezequiel, que vido una rueda entrañada en otra, y que en ambas Juntas estaba un espíritu de vida, se deve entender que la rueda entrañada es Christo, en las entrañas de MARIA, & el espíritu de vida, que en ambas está, es el espíritu de la vida de gracia, que estaba à Hijo, & à Madre, & el como à sueme de vida, à ella como à Madre, en quien entra el río de la gracia con tal plenitud, que se prende la Virgen llamar la vida de gracia, &c.

Item, in Serm. S. Matth. art. 1. fol. 315. ex S. Bruno, vocat Virginem MARIA Terram incorruptam. Lib. impress. Vallisoleti 1622. in 4.

Item, Tom. 1. Serm. fer. 4. fol. 78. sub hoc titulo: Christo fue observantissimo honrador de su divina Madre, inquit: Y porque nadie pensase que era Madre inmundia, o peccadora penitente, &c. y para declarar su limpieza, dixo de su Hijo que era luz del mundo, en que confeso que si el Hijo era luz la Madre era pura como el Sol, &c.

Item, Serm. 2. Domin. fol. 371. loquendo de B. Virgine: Ella es la Semiramis, la Valasca, la Pantalea que quebra la cabeza al Demonio, &c. Y la palma de ocultar el Verbo devajo de la humanidad, la gloria de su ocultez, la Virgen la gana; donde no ay culpa, no ay escusa, &c. Lib. impress. Vallisoleti 1621. in 4. Signata hujus Auctoris verba, licet non probent directè, tamen supposito quod nihil dicat contra, pro nobis videntur ista esse; revolvi omnes sermones, & nihil invenire potui in eis pro contraria opinione. Igitur non est vera illa proposi-

tio: Omnes Scriptores Ordinis Prædicatorum sustinuerunt opinionem de sanctificatione.

ANDREAS Peruzzinus de Vrziano, Ordinis Minorum Italus, scripsit lib. sub hoc titulo: Analysis Purissimæ Conceptionis Deiparae, in qua nec solum supra 300. Auctorum sententiæ, sacrae paginae auctoritatibus, rationibus, festivitate, relationibus, Divinisque miraculis, luce meridiana clarius probatur, sed & auctoritate Doctorum ex aduerso aliorum, & præsertim (mirabile dictu) Divi Thomæ, ac rationibus Adversariorum, cuiusdem sacramenta Dei parentis à macula originalis innumitas, apertissimè demonstratur &c. Lib. impress. Venetijs anno 1634. in 4. liber iste postea fuit ad compendium redactus per Fratrem Eugenium Martanellum de Gauardo, de quo infra.

ANDREAS Pianellus Lugdunensis, in libro Pietas Lugdunensis erga Deiparam Immaculatæ Conceptionem, dictio sacra A.S. H. cum Sodales partenerici, communis assensu ex nova formula Virginis absque labore originaria conceperæ se religiose auctorarent. Lugduni 1657. in 4.

ANDREAS Pintus Ramirez, Societatis Jesu Hispanus, edidit tomum magnum, & insignem de Depara ab originali peccato præservata, opus Cathedricum suggestibus non inutile, ubi postquam scholastico tenore quedam breviter expenduntur fusissime inde à Scriptura, & Patribus amaniores semper erat calamus. Impress. in folio.

Item, in lib. super Epistolas Apocalypsis, Epit. 5. fol. 361. num. 1382. & num. 1393. agit universitatem de plenitudine gratiarum MARIE, concedentes omnem gratiam, in qua etiam includitur iusta originalis, & gratia præservationis. Lib. impress. Lugduni 1642. in folio.

Item, in lib. Parallelæ lustri, & Iniqui ad cap. 14. Isaiae, aliqua adducit pro puritate Matris Dei MARIE, quæ caput Draconis contrivit, &c. vide Indicem lib. impress. Lugduni 1645. in folio.

ANDREAS Piscara Costalilus, Clericus Regularis Italus, in lib. Praxis ceremoniarum, seu sacramentorum Romanæ Ecclesiæ rituum lib. 3. sec. 1. 2. cap. fo. 484. inquit: Quomodo festum Conceptionis Beatae Virginis in propria Ecclesiæ solemniter celebratur cum octava, exceptis die quarta, & sexta, in quibus de sancti occurrentibus fit, & quod lectiones secundum nocturni erunt prout in festis Beatae Virginis dicuntur. Homilia diebus 2. 3. 5. ac 7. desumuntur ex infra octava Nativitatis, & in die octava habentur propria & assignata in ipso octavario. Lib. impress. Neapoli 1625. in folio.

Item, de festo Conceptionis Beatae Virginis MARIE apud Clericos Regulares, in libro sacrarum ceremoniarum juxta Romanum Ritum, ex usu Clericorum Regularium, libro 3. folio 143. Impress. Neapoli anno 1613. in folio.

ANDREAS Ranconis Gallus, in 3. part. Theologia, continens Divini Verbi Incarnationem, in appendice de Beatissima Virgine, cap. 1. de Immaculata Virginis MARIE Conceptione latè à fol. 168. usque 272. impress. Parisijs 1618. in 8.

ANDREAS Rescendius, Ordinis Prædicatorum Hispanus, disposuit, & ordinavit Breviarium Eborense, in quo est Officium Purissimæ Conceptionis Virginis MARIE, de quo vide Joann. Tamai. de Salazar, ad ann. 1560. fol. 293. Si Salazarius dicit istum Scriptorem fuisse pro pia sententia, ego solum deduco non esse contra illam.

AN-

ANDREAS Romanus, Societatis IESU Hispanus, scriptis Carmina quadam pro subtilitate Scienti in materia Conceptionis Virginis MARIE. Impressum alii Granata 1651. à folio 130.

AN D R E A S de Salazar Ordinis S. Benedicti Procurator Generalis, in lib. Historia de S. Gregorio de Peñava, Obispo de Hozia, &c. cap. 19. à folio 131. de Eremitorio Purissime Conceptionis del monte de Torralba, & de modo fundationis à Joanne Merino Presbytero, &c. prope Virginem de Codes. Pamplona 1614. in 4.

AN D R E A S Sanz de Ricamora, Hispanus, in libro: Aparecimiento, y milagros de la Virg. del buen Suceso, que efta en la villa de Madrid, &c. cap. 11. folio 47. de Imagine Conceptionis Virginis MARIE ibi existente. Vide lib. impress. Matri 1638. in 8. Licer iste non fit expressus, nescio qua de causa sit excludendus ab hic Militia universali.

AN D R E A S Saussai Protonotarius Regius, Episcopus & Comes Tullenensis, Sacri Imperij Princeps, Parisiensis, in Martyrolog. Gallicano ad diem 8. Decembris, Conceptionis Sanctissime Virginis Deiparar, qua ab aeterno electa à Deo, & praedestinata, ut filii sui unigeniti, quem mundo dedit Redemptorem, digna eftet Genitrix; innumeris dotibus, & privilegiis supra omnes creaturas decorata, ne qua illi perfectio, dignitas, ac gloria deflet, in iusta sua generatione bat divinitus gratia prevenia eft, ne nullius effet labis affinis; decebat enim, ut illa, è qua edendus effet Immaculatus Agnus, & omnes à peccati macula mundatur, omni effet à forde immunitis, &c. In cuius Mysterij recordationem pariter, & venerationem, iam pridem inducta, servataque apud Graecos hodierna celebritas; sic inde per Occidentem diffusa eft, ut primum à Gallia inciperet, ex qua deinceps ceteras apud gentes propagata, Sedisque Apostolice auctoritate probata, iam ubique magna religione servatur. Lib. impress. Lutetiae Parisiorum 1637. in folio.

Item, habet paratum librum sub hoc titulo: Series Chronologica rerum in Ecclesia Occidentalium gestorum circa celebrationem festi, cultumque mysterij immaculatae Conceptionis Sacratissima Dei genitricis Deiparar, ab ipsius festi institutione, ad hanc usque tempora, &c. Hunc libellum vidi & legi apud ipsum Manuscriptum in Ecclesia SS. Lupi & Egidii, ubi multa adducit se fuit dignissima circa principium & progressum istius festivitatis, & à quo nos aliqua extraximus pro nostro Nodo Indissolubili, ut videre eft fol. 228. & erat scriptus in folio parvo.

Item, in lib. Panopliae sacerdotalis, seu de venerando sacerdotum habitu, corumque multiplici munere, & officio Ecclesie Dei, part. 2. lib. 1. fol. 403. ex variis Liturgijs, seu Missis, vocat Virginem MARIAM immaculatam, puram, gratiam plenam, intemeratam, &c. Lib. impress. Parisiis 1653. in fol.

AN D R E A S Scotus, Societatis IESU, in Catalogo Catholicorum S. Scriptura Interpretum, folio 48. cap. 31. de Conceptione Beatae Virginis, & de eius laudibus, missis privatis Patrum locis, quosdam citat Auctores, qui ex professo de hac re disputarunt. Lib. impress. Coloniæ 1618. in 4. Iste quia doctissimus, quia modernus, & denique quia ex Societate IESU, non debet excludi, licet ipsum non computemus inter expressos.

AN D R E A S Semple de Tovar, Doctor Hispanus super Psalmum Misericordie mei Deus, &c. docet Virginem MARIAM fuisse immunem, purissimam, ac

Auroram, quam non comprehendenderant tenebre peccati originalis, verl. 6. Ecce enim in iniurias conceputus sum. §. 2. fol. 111. Impress. Matri 1654. in 4.

Item, in Sanctorali serm. 2. de Eucharistia, fol. 66. Quod MARIA fuit vas semper gratia plenum, &c. Lib. impress. Matri 1644. in 4.

AN D R E A S de Soto, Ordinis Minorum Hispanus, in libro de vita, & excellentijs sancte Annae Matris Deiparar, cap. 7. de gadio, quod recepit Sancta Anna in Conceptione filii sua MARIE, ubi latè de ejus preservatione, à fol. 101. usque 123. Lib. impress. Bruxellis 1610. in 12. regali.

AN D R E A S à Thomatio, Ordinis Eremitarum Sancti Augustini Italus, in libro de Ave MARIA explicata, & prædicata, concione 1. super verbum illud, Ave: Quomodo Virgo MARIA fuerit sine omni. ne culpe, non solum actualis sed etiam originalis. Hoc enim docet concione 10. Quomodo Deiparæ fuerit data plenitudo omnis gratiæ; & Concion. 12. Quomodo omnes gratiæ, que conceduntur omnibus creaturis, fuerint in MARIA collocata, & vnitæ Concion. 19. Quod MARIA multo tempore ante Nativitatem suam fuit à Deo benedicta, & Concion. 26. Quod MARIA Virgo fuerit Concepta absque peccato originali; & part. 2. Concion. 11. de Virginis præservatione ab originali peccato latè: Concion. 20. de eadem Conceptione Virginis Deiparæ plura sparsim per totū librum, agit enim de hoc Immaculato mysterio fere semper. Lib. impress. Janue 1651. in 4.

AN D R E A S de Toro, Ordinis Sanctissimæ Trinitatis Hispanus, in Sermone de dulcissimo nomine MARIE, folio 6. quod MARIA fuit filia gratiae, & in qua fuerunt omnes virtutes, & gracie, &c. Vide ibi Serm. impress. Toleti 1623. in 4. Iste saltem à consequentia miles est, nam si concedit Virginis Dei Matri omnes virtutes & gratias, igitur & primam originalem.

AN D R E A S Valadier, Doctor Theologiae, Regiusque Cofiliarius, Abbas S. Arnoldi Gallus, in lib. Paralleles, & celebitez Partenices pour toutes les fêtes de la glorieuse Mere de Dieu, sermons, &c. Sermo 1. de Prædestinatione aeternali & de præminentibus supernis gloriis Virginis Matris Dei super omnes creaturas pro festo Conceptionis à folio 2. usque 55. Impress. Parisijs 1626. in 8.

AN D R E A S Vavrentinus Serranus, in scholijs ad Baptizam Mantuanum, Partenices Marianæ, lib. 1. fol. 21. de Immunitate Virginis MARIE à peccato originali, agit latè, Lib. Impress. Lugduni 1516. in 8. & Antuerpiæ 1576.

AN D R E A S Vega, Ordinis Minorum Hispanus, in lib. de Justificatione, de sexto incommmodo seculo ex peccato Adæ, pro Immaculata Conceptione Virginis, habet notulam pulchram lib. 2. cap. 6.

Item, in codem, lib. 14. cap. 18. fol. 645. Quod Beatissima Dei Mater nec minimum quidem unquam admisit peccatum, in quo etiam comprehenditur peccatum originale.

Item, ibidem: Quod Beatissima Virgo MARIA non contraxerit peccatum originale. Verisimum tamen eft, eam indiguisse redempzione, & justificatione non minus, immò magis, quā si verè contraxisset peccatum originale. Extant hæc omnia in prædicto lib. Colonie impress. 1572. in folio.

Item, pollicetur speciale tractatum circa hoc, quod Virgo MARIA non contraxerit peccatum originale. Verisimum tamen eft, eam numquam tam typis mandatus.

ANDREAS Verma Venetus, Ordinis Minorum in lib. Meditationi spirituali à Christo Signore nostro sopra il Salmo 6. di Davide, primo de i sette penitentiali: Domine ne in furore tuo arguas me, fol. 129. Quod Christus Dominus per naturam fuit impeccabilis, MARIA Virgo præservata ex gratia, alij verò sanctificati, &c. vide alia ibi. Lib. impress. Trevigii 1600. in 4.

ANDREAS Victorellus Theolog. Bassanensis Italus, in libro: Gloriosa Memoria Beatissimæ Virginis Matris Dei, Italice scripto: *Quod Beata Virgo MARIA fuit sancta in sua Conceptione*, caput unum. Lib. impress. Romæ 1616. in 8.

Item, in lib. de Angelorum custodia, lib. 2. fol. 16. inquit: *Silentio præteream, Sanctissima Virgo Deipara, ab originali macula vindicata, nullâ levioris culpe nota resperfa, aureis virtutum omnium monilibus decorata*, Angelorum omnium ordinum proprietatibus, Magni Alberti testimonio insignita, Angelis ipsis præstantior, custodem Angelum à Deo accepit, &c. Impress. Patavii 1605. in 4.

ANDRONICUS Constantinopolitanus, in Dialogo contra Judæos cap. 38. sic ait: *Judaico quidem libro, in quem Oristiade incidi apud Judæos Eliam legis peritum cognomine, is in Virginem debacchatus sic habebat: Quid tantopere MARIAM excolunt Christiani Cherubinis augustiorem, Seraphinis sine comparatione digniorem, solaribus radis puriorum appellantes?* Siquidem femina est Davidicæ gentis, Anna in matre, Joachimo parente nata, qui Pantheri fuit filius, Panther, & Melchi fratres filij Levi stirpis Mathan, cui David Pater ex tribu Juda, &c. Euseb. Nier. libro Dissert. epist. 15. folio 272. probat ex signatis verbis puritatem Virginis ab omni peccato, quia si solaribus radiis fuit purior, ergo semper, & undique pura.

Item, cap. 12. quod Scala Jacob typus Beatae Virginis fuerit, & reliqua Jacobi Patriarchæ gesta, inquit: *Et reducam te in terram hanc, id est, in antiquam Adami nobilitatem restituam*, &c. In libro, quem ex variis Auctoriis tum græcis, tum latinis in lucem emisit Petrus Estevius Leodium. Impress. Ingolstadij 1616. in 4. Non esset restituta MARIA ad antiquam Adami nobilitatem, si non habuisset innocentiam originalem: Sed quando iste antiquissimus Auctor non sit pro pia sententia, quomodo, vel ubi est pro contraria opinione? Non ergo est vera illa propositio: Omnes sustinuerunt MARIAM fuisse conceptam in peccato originali.

ANGELA Bohema, Vladislai Regis filia, habuit speciem revelationem de purissima Conceptione Virginis MARIAE, de qua vide Armamentarium nostrum in Regest. col. 591. Novæ, fol. 202. & Marac. in Heroïdes Marian. fol. 17.

ANGELA Paula Antonia de Nigris, Mediolanensis, in vita ipsius à Joanne Baptista Fontana de Conti scripta, habet Epistolam pro Conceptione Virginis MARIAE laboratam anno 1546. & extat à fol. 151. usque 161. in qua piam de immaculata Virginis Conceptione tuerit sententiam, & ipsam absque originali peccato fuisse conceptam latissimi declarat, lib. Italice impress. Romæ 1576. in 8. Hæc etiam venerabilis Matrona vocatur ab aliquibus Angelica Paula, cuius opera fuerunt approbata in Concilio Tridentino, vide Lezanam, & Pistoianam, fol. 229.

ANGELUS Amman, Ordinis Minorum Bohemus, in descriptione Provinciæ Bohemiæ num. 23.

affirmat, quod in praedicta Provincia & Conventu Cadanensi in confinibus Bohemiae versus Missionem, sint duo altaria miraculosa, unum Sanctorum quatuordecim Auxiliatorum; alterum Immaculatae Conceptionis Beatæ MARIAE Virginis. An hoc non est proteftare piam sententiam?

Item, Ecclesiæ titulo Conceptionis, una Neopraga ad S. Ambrosum, simul Collegium PP. Hybernum, altera Conventus Olomuce nsis, &c. Habeo hanc relationem apud me manucriptam.

ANGELUS le Blane, Rupeculenfis Sabaudie Carmelita, Provinciæ Provincialis, scriptis Sermonem de Conceptione V. MARIAE, inter Sermons Adventuales, quos vidit prelo paratos Ludovicus Jacob à S. Carolo, ut testatur in Catalogo Auctorum, qui scripsierunt de B. Virgine.

ANGELUS de Clavasio, Ordinis Minorum Italus, in summa dicta: Angelica, tom. 1, verbo Feriæ, agit de seculo immaculatae Conceptionis Virginis MARIAE, de Indulgentijs, &c. à fol. 520. Lib. impress. Venetijs 1582. in 4. & alibi saepè. Citant etiam à quibusdam in epistola ad Fratrem Ludovicum de Verona, sed in illa epistola approbus opus, & laudibus extollit, sed nihil speciale dicit de immaculata Virginis Conceptione.

ANGELUS Coelestinus, Ordinis Minorum Italus, in lib. Raggionamenti Theologi, & Scrivalli intorno quel che de Maria Madre de Dio dal primo capo del suo Vangelio escribe S. Lucas, &c. Et sunt discursus quinque de Integritate puritate, & immaculato principio, & vita Deiparæ, principi ad illud, Ave gratia plena, à fol. 147. usque 214. Lib. impress. Neapol. 1609. in 4. Quod autem illi Sermones sint de immaculata Conceptione, ipso met Auctor affirmat in libro. impress. Venetijs 1620. in 4.

Item, in tractat. super Magnificat à collatione; passim affirmat Beatam virginem MARIAM fuisse conceptam absque peccato originali. Lib. impress. etiam Neapol. 1609. in 4.

ANGELUS Faxius Sangrinus, in agro Manzano Ordinis S. Benedicti Abbas, in lib. Carmenum de pietate in Deum, lib. 2. sub hoc titulo: *De purissima Intemerata Virginis MARIAE Conceptione* habet poëma Latinum, a fol. 157. Lib. impress. Venetijs 1570.

ANGELUS Ferinus de Frascata, Ordinis Minorum Italus, edidit: Amorofo inuito per confratri doppo la sanctissima comunione à aqua gran Regina della immaculata Conceptione de MARIA Virgine, &c. impress. Velletri 1639. in charta expansa cum imagine immaculatae Conceptionis.

ANGELUS Franciscus Tignosus, Ordinis Servorum Beate MARIE Italus, in lib. Regio Diademæ di duodici pietre pretiose, per expofitione del Cantico, Salve Regina, &c. ad 3. lapidem Saphirum, & ad illud verbum: *Vita, dulcedo: Quod Virgo MARIA fuit concepta absque peccato originali*, à fol. 46. usque 147. Lib. impress. Mediolani 1603. in octavo.

ANGELUS à S. Francisco, Custos Provinciæ Angliae ac Lector Theologiae, Ordinis Minorum Anglus, in lib. Certamen Seraphic. Provinciæ Angliae; in vita, & passione P. Bullaker fol. 37. c. 4. vocat Conceptionem B. Virginis immaculatam, &c.

Item, in vita, & passione P. Francisci Belli cap. 8. fol. 148. agit de profecto *immaculatae Conceptionis B. Virginis MARIAE*. Lib. impress. Duaci 1649. in 4.

AN-

ANGELUS Gabriel, Poëta Italus, in libro: MARIA Virgo figurata in veteri Testamento, Canto. 1. de parentibus, & nativitate Virginis MARIE inter alia dicit:

*Anno spicto dal' arrichito senio*

*Parto di gratia, è sanctità vi pieno.*

Lib. impress. Venetiis 1628. in 12. reg. Iste quasi expressus videtur, & si non, excludatur.

ANGELUS Giardina, & Bancherius, Clericus Regularis Mellianensis, in libro: Sacrum stigmum sententiarum, &c. fol. 449. verbo MARIA, de eius Conceptione absque peccato originali latè. Lib. impress. Mellianæ 1645. in fol.

ANGELUS Gozadinus, Italus, & Episcopus Castellanus & Hortanus, in Constitutionibus editis pro sua Diocesi, ponit diem Conceptionis Beatae Virginis Mariae. Lib. impress. Rociglioni 1627. in 4. Igitur iste due Ecclesie Castellana, & Hortana, pro pia sententia militant.

ANGELUS Grillus, Monachus Cassinensis, Italus, in lib. Italice inscripto: Pietosi affecti, folio 600. Quod MARIA Virgo fuit pupilla oculorum Dei, & in talis preservata à macula originali, Poëma unum. Lib. impress. Venetiis 1629. in 8.

ANGELUS à Lantusca, Ordinis Minorum Italus, in Relatione Provinciae reformatæ Romanae, folio 36. facit mentionem de Monasteriis Immaculatae Conceptionis Prenestrin. & Albani. Et folio 7. de Conventu Sancti Francisci de Ripa, inquit: In Capella Immaculatae Conceptionis sub statua S. Didaci, in quodam parvo tabernaculo asservatur reliqua authenticæ, nempe de brachio ipsius S. Didaci, quod pluribus coruscat miraculis. Infra folio 9. in Capella Immaculatae Conceptionis est nobile depositum Vener. Fr. Innocentij de Clusis laici Siculi, magnæ sanctitatis viri &c. denique infra folio 47. nonnulla adiunt Altaria Immaculatae Conceptionis Deiparae dicata, nempe in Ecclesia S. Francisci TransTiberini, in Ecclesia Montriopoli. Extat relatio ista apud nos manuscripta in folio.

ANGELUS Manrique, Ordinis Cisterciensis, ac Episcopus Pacensis, in Annalibus Cisterciensium, tom. 1. ad annum 1136. cap. 4. de celebritate festi Conceptionis, & quod S. Bernardus non negavit præservationem Virginis à peccato originali, eruditè per totum capitulum, à folio 301.

Item, quid significet Conceptio, & an Sancta dicenda? de Pari sienfium Schole diffinitione: & quid omnes Cistercienses in hac materia sentierint, caput alterum, quod est in ordine quintum.

Item, ad annum 1141. cap. 8. num. 13. fol. 415. de celebratione festi Conceptionis in Monasterio Sacramenæ, ac decreto Bertrandi Scalæ Dei Abbatis, cuius clauilia principalis est: Supplicationi vestra humili, & devotioni speciali, quam de S. Ildephonso in cordibus vestris geritis, pie inclinati, vobis auctoritate Ordinis, & Paterna, tenore præsentium concedimus, ut cum duodecim lectiōnibus, & responsoriis, ejus festum anno quolibet solemniter celebretis: de Conceptione antem Beatae MARIE confimile vobis concedimus festum celebrare, sicut in sua Annuntiatione, &c. Datum an. Dom. 1330. die Sabbati ante festum S. Gregorij Papæ.

Item, tom. 2. ad annum 1171. cap. 6. de Controversiis immaculatae Conceptionis inter Gallos, & Cistercienses, scilicet Petrum Cellensem, & Nicolam, &c. per integrum caput.

Item, tom. 3. ad an. 1175. cap. 6. qualiter à Cœ-

nobio S. Clementis Toletan. prodierit Ordo, quem vocant *immaculatae Conceptionis Sanctorialium*, qui nunc sub B. Francisci regula militat, &c. Lib. impress. Lugduhi 1649. in fol.

Item, ad Serenissimam Reginam Angelorum, in die sue purissima Conceptionis discursum unum, in Sanctorali Cisterciensi, à fol. 1. usque 16. impress. Burgis 1620. & Vallisoleti 1613. in 4.

Item, de purissima Conceptione Virginis, pro Religione illustri instituta à Domina Beatrice de Silva, in Collegio Conceptionis Orphanorum Salmanticæ; discursum unum, seu appendicem.

Item, ad gloriosam memoriam Virginis Beatricis de Silva fundatricis Monialium *immaculatae Conceptionis*, discursum unum in 2. part. Sermonum Sanctorum, impress. Barchinone 1623. in 4. & Salmantica 1620. à fol. 177.

Item, iussu Regis Hispaniarum Philippi IV. scriptit Apologiam pro Diptera immunitate, ac innocentia originali ad SS. Innocentium X. Pont. Max. & incipit MARIAM Virginem, in fol. 1.

ANGELUS MARIA Verricellius, Congregatio Clericorum Regularium Italus, in libro dicto: Questiones Morales, & Leges, dicato Virginis MARIE in Parergon, seu Calculo gratiæ Virginalis, ad quam exprimendam, undecim millions, & amplius numerabilium figurarum requiri demonstrantur, fol. 460. Quod MARIA à primo instanti Conceptionis, & Sanctificationis sua, habuit 4. Clavem agnitionis, & quod in eadem clavè vidit Deum, & quod gratia ipsi collocata in primo instanti Conceptionis superavit totam collectionem gratiæ omnium creaturarum, &c. Vide alia ibi, lib. impress. Venetiis 1653. in fol.

ANGELUS del Paz, Ordinis Minorum Hispanus, de *immaculata Conceptione Virginis MARIE* latè differit, sub hoc titulo: Dei filius natus est ex Virgine, cuius dignitas, & claritas MARIE nomine declaratur, in expositione Symboli, lib. 5. art. 3. cap. 22. impress. Roma 1596.

Item, eximit Virginem à peccato originali in cap. 38. in Lucam. Lib. impress. Roma, 1628. in fol.

ANGELUS Piccus, Italus, Archiepiscopus Amalphitanus, in Decretis Synodalibus præcepit, ut observaretur festum Conceptionis Beatae Virginis MARIE, &c. Vide verb. Amalphitana Ecclesia.

ANGELUS Pientini, Ordinis Predicatorum Italus, in suo libro de Magnitudine Virginis in sua Sanctificatione, incipit sic: Considerati illius magnitudinis ipsius gloriose Virginis, ad quam fuit exaltata in sua Sanctificatione, vel præservatione, aut verè Conceptione absque originali peccato, &c. Florentia 1589. in 8. Est ne expressus Auctor iste pro contraria opinione, aut pro pia sententia?

ANGELUS Rocca, Tagastensis, Ordinis S. Augustini Epis. & Sacri Palatij Apost. Sacrifa, exornauit, & de nouo typis mandauit Stellarium Corona Gloriosissima Virginis, Autore Pelbarto à Themeseu Franciscano, alias Pomerio, ubi plura de *immaculata Virginis Conceptione*. Lib. impress. Venetiis 1586. in fol.

Item, quando incepit celebrari festum Conceptionis in Dei Ecclesia, in sua Bibliotheca Scripturali impress. Roma 1554. in 8. eum citat P. Monte forte in suo lib. de Septem columnis; citationem autem inuenire non potui.

Item, expurgavit, ac typis mandavit opus R. P. Antonij Andreæ, Franciscani, super quatuor li-

bros

F2

bros sent. ac per consequens in 3. dist. 3. & quest.  
1. De Conceptione Immaculata Virginis MARIE, ut videre est in libro impress. Venetijs 1578. in folio, proposui quod vidi ac legi, sed si iste non est numeratus inter milites pia sententiae, quia etiam typis manda vit August. de Ancona, quem Adversarij citant pro sua opinione, transeat.

ANGELUS Spatafora, vel Angelius, Ordinis Minorum Messanensis, edidit librum de præservatione Virginis, sub hoc titulo: *Vnigenita gratia MARIA, innocentie candore ornata, &c.* Impress. Messana 1640, in fol. ex Marrac. in Biblioth. fol. 104. & in Catalogo Mariano.

ANGELUS Vulpes à Monte Pilofo, Ordinis Minorum Italus Neapolitanus, pro immaculata Virginis Conceptione, habet sequentia: Quod primum peccatum Adæ, scilicet originale, à primo capite humanae naturæ traductum fuit in posteros, excepta tamen Deipara Virgine, in tom. 2. part. 3. sed mendosè, nam est tom. 3. part. 2. disp. 141. art. 1. fol. 341. & quod traductio peccati originalis fit per naturalem originem in omnes homines, excepta Virgine MARIA, cuius mysterium immaculare Conceptionis plenè declaratur, artic. unum, latissime, & est in ordine 2. Et quod Virgo MARIA per confirmationem præservata fuit ab omni labe, ibidem art. 3. in Summa Sacrae Theologie secundum Doctorem Subtilem Scorum, impress. Neapoli 1635. in fol. Et in primo tom. part. 4. Quod illud gratia plena dictum Virgini MARIA, includit iustitiam originalem, disp. 3. artic. ult. fol. 43. ubi latè excipit Virginem à lege communi. Et quod Virgo MARIA statim post Christum prædestinata fuit ad maternitatem, gratiam, & gloriam, deinde prævisus lapsus totius generis humani, &c. ibidem disp. 5. artic. 3. fol. 70. Lib. impress. Neapoli 1642. in fol. Et in tom. 3. part. 4. de Immaculata Conceptione Virginis MARIE, disput. integrum, quæ est in ordine 72. divisam in sequentes articulos. 1. An MARIA fuerit naturaliter concepta in instanti? 2. An concubitus Parentum MARIE ad eam concipiendam fuerit sine ulla concupiscentia? 3. Cur MARIA Virgo non fuerit ex alia Virginē generata? 4. Quomodo MARIA fuerit concepta sine peccato originali ex communi ferè sententia? 5. An MARIA fuerit veluti filia naturalis Adæ in statu perfecto iustitiae originalis concepta, ut hanc in eo non amiserit? 6. An potius tanquam Mater Dei independenter omnino ab Adamo fuerit concepta MARIA in plenitudine originalis innocentiae, ut in eo nec potuerit debitum peccandi contrahere? 7. An fuerit aliquando de fide MARIA fuisse conceptam, aut sub originali culpa, aut sub plenitudine originalis innocentiae? 8. An saltem nunc sit ab Ecclesia diffiniendum MARIA sine originali culpa conceptam? 9. An fomes peccati in MARIA fuerit totaliter extinctus à primo sue Conceptionis instanti? 10. An MARIA in primo instanti sue Conceptionis naturaliter haberet perfectum usum rationis? 11. An MARIA in primo instanti sue Conceptionis aliquid sibi à Deo meruerit. Quæ omnia reperies à fol. 293. usq; ad 328. Lib. impr. Neapoli 1646. in fol. & tom. 3. p. 2. siue melius tom. 2. p. 3. dicatus Intemerata, Illibata, Immaculata, Virginum Virginis MARIE: Quod iustificatio incipiens à simplici negatione in genere naturæ, & moris fuit in primis parentibus, in Virgine Christiparente, & in eiusdem Christi humanitate. Et ad marginem habet: *Justificatio Vir-*

*ginis fuit non à culpa contracta, disp. 35. art. 2. fol. 131.* Et quod maxima fuit in Deo misericordia, Virginem Christi Matrem à miseria culpe originalis præservare, disp. 63. art. 1. fol. 419. Et quod Conceptione Virginis immaculata, fuit figurative in Esther; atque plenitudo gratiae in MARIA continet statum innocentiae, ibid. disp. 32. art. 2. fol. 81. Lib. impress. Neapoli 1640. in fol.

ANNA de Austria, Monialis apud Huelgas Burg. Ordinis S. Bernardi: scripsit pro defensione mysterii immaculatæ Conceptionis Virginis MARIE. epistolam unam, quæ extat impress. Hispani 1616. in 4. fol. 81.

ANNA Catharina Gonzaga de Austria, Mannus Duci filia, singulari devotione in mysterium Immaculatæ Conceptionis fuit propensa: quo modo, vide apud Hippolyt. Marrac. in Heroides. Marian. à folio 18.

ANNA Francisca Perez, foemina Hispana, scripsit Hieroglyphicum circa Immaculatam Virginis MARIE Conceptionem, & est apud Sanct. Zapata libro de Concep. folio 147. in ista & aliis piis foemini sequentibus adimplevit illud S. Augustini dictum contra Julianum, lib. 2. cap. 10. vide libellum Hispaniæ scriptum, Soplos contra los Atomas fol. 261.

ANNA de Jesus Sanctimonialis, ac Abbatissæ Monasterij Incarnationis Granatensis, in vita venerabilis Elisabethæ de Avalos, sive de la Cruz, & aliarum Monialium, fol. 41. agit de Sorore Catharina de la Fuente Moniali Conceptionis Granatensis.

Item, fol. 100. agit de Moniali MARIA de la Concepcion, ac de ejus mirabili vita & conversione, latè usque ad fol. 119. vbi sapè vocat Conceptionem Virginis MARIE puram & immaculatam, &c. Lib. impress. Granata 1629. in 8.

ANNA Julia Garagoza, Baronissa, & Domina Sanarini, in oppido de Ragabulti Catananensis Diccesis, fundavit Monasterium Immaculatae Conceptionis, ut constat ex Bulla Urbani VIII. expedita anno 7. sui Pontificat. Ex nostro Indiculo par. 2. fol. 333. & Marrac. in Herod. Mar. fol. 39.

ANNA de Luna, foemina Hispana scripsit Hieroglyphicum, ad illud: *Quasi Stella matutina, pro Immaculata Conceptione Virginis MARIE, extata apud Zapatanam, lib. de Concept. fol. 143.*

ANNA de Robles, Monialis Sanctæ Elisabethæ Baccensis Civitatis, scripsit cantionem pro Immaculata puritate Virginis Dei Matris MARIE. Impress. cum aliis Granata 1651. folio 291.

ANNA de la Serna, Orgencensis, tertij Ordinis S.P. N. Francisci, Hispana, quæ diem clausit extremum 27. Septembris anno 1629. revelationem accepit: *Quod Deipara Virgo MARIA absq; originali lote fuit concepta, &c.* Vide de hac Ludovicum Velluga in vita Virginis MARIE, folio 178.

ANNA Zapata, foemina Hispana, scripsit Gloriam pro immunitate Virginis MARIE à peccato originali, & extat in libro Sanctij Zapata de Conceptione, folio 141.

ANNELLUS vel Agnellus S. Vitæ, Laicus Neapolitanus, in actis Synodalibus ab ipso conscriptis, & approbatis a Mario Carrafa Archiepiscopo Neapolitano, & Alphonso Carrafa S. R. E. Cardinali, & ejusdem Ecclesiæ, Archiepiscopo sanctæ Severinæ, hæc habet: *Ad recolendum diem præexcellentissime, & immaculatae Conceptionis Beatae Virginis*

*Virginis MARIE Deipare*, omnes vñanimi voto, atque conilio solemnem pro more ducentum, atque custodiendum esse senserunt, nemine, nisi uno eodem D. Stephano Masso discrepante, cui in faciem omnes restiterunt. Quare DD. Cardinalibus, Theologis, & Jurisperitis coram se adductis, eorum vota super his, & alijs diebus, quos vñiversalis Ecclesia non præcepit, exploravit; & omnes in eandem sententiam venerunt. Lib. impress. Nacpoli 1568. fol. 59. in 4.

**ANONYMI** Scriptores, id est, Libri sine Auctoris nomine editi (quia illorum Auctores, vel humilitatis causa, vel propter aliam rationem noluerunt suum propalare nomen, imò aliquando neq; religionem nec statutum) tam antiqui quam moderni qui ut in plurimum clare & expresse, sive aliquando insinuative, & ex consequentia scriperunt, *Virginem Dei Matrem fuisse conceptam sine originali peccato, aut semper extitisse puram, sanctam, Immaculatam, ab omni peccato & macula liberam, &c.* in magno numero inveniuntur; & licet isti ab aliquibus Nomenclatoribus, & consuetudinibus Bibliothecas Auctorum collocentur sub littera A. & dictione ista Anonymus, sed quia littera ita crevit multum, & communiter in concionibus & scriptis isti incogniti Auctores citantur sub nomine, Quidam Auctor antiquis, vel modernus in tali loco, &c. ideo omnes istos remittimus ad litteram Q. ne sic intacta pertranseat, & in sua acie habeat omnes istos quasi laruatos Anonymos, atq; incognitos Milites.

**ANSELMUS** Cantuariensis Archiepiscopus, ac Sanctus, Ordinis Sancti Benedicti, in luculentissima in omnes Sancti Pauli Apostoli Epistolas enarratione, in Epistol. 2. ad Corinthios cap. 5. ad illa verba. Ergo omnes mortui sunt fol. 171. inquit: *Omnes itaque mortui sunt in peccatis, nemine prosus excepto, dempta Mater Dei, sine originalibus, sine voluntate additus: vel ignorando, vel sciendo, quod justam est, &c.* Lib. Impress. Venetiis 1547. in 4. Et Parisiis 1549. fol. 114. colum. 1. lit. c. Et 1534. in fol.

Item, in lib. de Conceptu Virginali cap. 18. inquit: Quamvis ergo de mundissima Virgine Filius Dei verissime conceptus sit, non tamen hoc ea necessitate factum est, quasi de peccatrice parente iusta proles rationabiliter generari per hujusmodi propagationem requiret: sed quia decebat, ut illius hominis Conceptio de Mater purissima fieret, nempe decens erat, ut ea puritate, qua major sub Deo neque intelligi, Virgo illa niteret, cui Deus Pater unicunq; Filium suum, quem de corde suo æqualem sibi genuit, tanquam se ipsum diligebat, &c. Qualiter autem Virgo eadem per fidem ante ipsam Conceptionem mundata sit, dixi, vbi aliam rationem de hoc ipso, unde hic reddidi, &c. Lib. Impress. Lugduni 1630. in fol. Et Parisiis 1549. in fol. Et Coloniæ 1612. Et in nostra Biblioth. tom. 2. à folio 363. & alibi. De auctoritate signata omnes Scriptores pro mysterio Conceptionis agunt, & illam explicant, nihilque nunc occurrit dicendum; solum nota, ultima Anselmi verba, scilicet, quod ante Conceptionem Verbi MARIA mundata sit, cum tamen tunc nihil sacratissima Virgo MARIA haberet, quod non fuerit purissimum, & mundissimum. Non ergo ex hoc termino mundare, colligitur necessariò aliquando fuisse maculatam; hoc dixi propter adversarios, qui ex hoc verbo mundare totum suum fundamentum desumunt, ad constituant originalē maculam in Virgine.

Item, scriptis Anselmus Epistolas duas ad Coëpitos Angliae, de Conceptione Beatae Virginis, quarum prima incepit: *Concepio venerande Dei Genitricis, &c.* secunda autem licet incepit eodem modo, habet tamen aliqua superaddita, de quibus nihil hic dicimus, quia jam in nostro Armentario col. 1. ad litteram fuerunt posite.

Item, scriptis officium primitivum Conceptionis Beatae Virginis MARIE. Et extat in eodem Armentario col. 3. & in nostra Bibliotheca Virginali tomo 2.

Item, scriptis librum de eadem Conceptione Beatae MARIE, de quo loquitur Joannes Bacon in 4. dist. 2. quæst. 3. art. 3. & Franciscus Martini Carmelita pluries in libro de Conceptione. Hæc omnia invenies apud R. P. Franciscum Bibarium in suo Anselmo vendicato à fol. 353. & in nostro Armentario in Regest. à col. 1. usque 20. in nostra Bibliotheca Virginali tomo 2. à fol. 384. & 790.

Item, in Oratione ad Beatam Virginem cum meditatione, & laude meritorum ejusdem, inquit: *Et sicut Deus per Filium suum beatos Angelos à peccato servavit, ita tu, ô decus puritatis, per Filium tuum miferes homines ex peccato salvabis, &c.* Est hæc oratio in lib. Richar. à S. Laurentio col. 1088. Libr. impress. Duaci 1625. in 4. Regali. Sed nota Lector, quod supra positæ oratio non videtur aperte disposita, secundum Grammaticam, & si hanc velis corriger legendō salvasti, videtur deviare à Fide Catholica; quare existimo aliquod prætermissum fuisse verbum, & sic erat complenda oratio: *Et sicut Deus per Filium suum beatos Angelos à peccato servavit, ita tu, ô decus puritatis, fuisti servata per Filium tuum, qui miferos homines ex peccato salvavit: quia Virgo MARIA fuit servata, vel præservata per Christum, sicuti Angeli & alii vero homines salvati ex peccato contracto.*

**ANSELMUS** Casimirus, Archiepiscopus Moguntinus, Sacri Romani Imperij Princeps Elector, Germanus, scriptis pro decisione controversie illibata Conceptionis Beatisimæ Virginis epistolam vnam. Ex Hippolyto Marrac. in Biblioth. & in Catal. ad ann. 1625. & in Antist. Mariæ. fol. 576.

**ANTIOCHUS** Brondus Sardus, Calaritanus, Ordinis B. MARIE de Mercede Redemptionis Captivorum, Hispanus, in libro de Arcanis Sacrae utriusque Theologiae, Scholasticæ, & Positivæ, Disputationes sumptuose, & formatæ ex sensu, & interpretatione selectiorum Apocalyp. locorum, c. 3. fol. 686. inquit: *Hinc ipsa de scipsa dicit illud Proverb. 6. Nondum erant abyssi, & ego iam concepta eram; ubi in mystico abyssus fumitur pro peccato, iuxta illud, abyssus abyssum invocat, & sic est sensus: Nondum erant peccata patrata, & ego iam concepta eram pro peccatorum medicina: peccatum namque Adæ, quid erat nisi abyssus? Item, peccatum Sodomorum, & Gomorræ, quid erat nisi abyssus? & tandem cetera mundi peccata nihil aliud reputantur, quam profundissime abyssi. Igitur nondum erat hujusmodi abyssus ( ait Virgo gloria ) & ego concepta eram in mente divina pro peccatorum medicina. Quoniam Virgo gloria ab externo electa fuit in Matrem filij Dei, &c.* Lib. impress. Roma 1614. in fol.

Item, in lib. Historia y milagros de nuestra Señora de Buenayre de la ciudad de Caller en la Isla de Cerdeña, &c. cap. 11. fol. 156. inquit: Pero en ninguna de todas ellas reposó Dios perfectamente, sino fue en MARIA sacratissima, porque

en todas las mugeres siempre hallò algún genero de pecado, ó mortal, ó venial, ó original, pero en MARIA sacrissima, ni aun hallò rastro de pecado, ni mortal, ni venial, ni original, y assi hallandola tan limpia y pura, segun de ella estava escrito en estas palabras: *Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te,* reposò en ella Dios perfectamente, &c. Impress. Galari 1595. in 8. vide alia ibidem.

**ANTIOCHUS** Monachus, Homil. 21. dicit: quod Virgo MARIA nulli fuit obnoxia virtutis, nulli obnoxia reatu, &c. Vide Eusebium Nieremb. libro Excep. cap. 13. fol. 121.

**ANTIOCHUS** Ptolemaidis Episcopus, in Pascha adversus Judaeos, & in festo Nativitatis, dicit: Christum esse lucernam ex MARIA, quia assumptus ex terra, & ex puro luto factus est, &c. Quæ verba pro puritate Virginis explicat Joannes Euseb. lib. Excep. cap. 13. fol. 250.

**ANTIPATER** Bostoniensis Episcopus, natione Grecus, in oratione de S. Joanne Baptista, & de silentio Zacharie, & de salutatione sanctissimæ Deipara, inquit: Ei autem dixit Angelus. Ne timas MARIA, iuvensi enim gratiam, quam perdidit que primam fuit creata femina. Illa sola suscepit deceptionem, tu autem sola attulisti solutionem deceptionis, &c. Extat hæc Homil. apud Surium tomo 3. fol. 908. & in nostra Bibliotheca tom. 2. fol. 441. Certum est, quod gratia primo perditæ ab Eva fuit originalis gratia; igitur si hanc inventit MARIA, illam invenit in primo suæ animatis instanti: tunc enim cœpit primum creari, & esse femina. Alia hujus Auctoris citantur verba pro immaculata Conceptione, quæ videri possunt apud Euseb. Nieremb. libro Excep. cap. 13. fol. 147.

**ANTOLINUS** Perez, Ordinis S. Basili Hispanus, in libro: Assumptos predicables en las festividades de nuestra Señora, de immaculata Virginis Conceptione, sermonem adducit à fol. 1. usque 45. Lib. impress. Matriti 1646. in 4.

**ANTONIA** de Mendoza, feminæ Hispanæ, scriptor Carmina pro Immaculata Deipara Conceptione; & extant impress. apud Sanct. Zapata, in certamine folio 152.

**ANTONIA** de los Rios, Monialis Sanctæ Crucis Cerduben. Hispana, scriptor Cantionem de Immaculato Conceptu Dei Marris MARIE. Impress. cum aliis Granata 1651. folio 271.

**ANTONINUS** Diana, Clericus Regularis Panormitanus, in octava part. Resolutionum Moraliuum, Tract. 7. Miscellaneo, resolutione 58. agit de Immaculata Conceptione Virginis MARIE, fol 40. Lib. impress. Lugduni 1647. in fol. & alibi.

**ANTONIUS** de Alvarado, Ordinis S. Benedicti Hispanus, in libro: Arte de bien vivir, y guia de los caminos del Cielo, lib. 1. cap. 16. fol. 160. dicit: Quod Virgo MARIA fuit libera a corruptione peccati: & infra: Deus te salve MARIA, verdadero velloçino de Gedeon, en el qual solamente cayó el sorgo de la divina gracia tan abundante, que te libro de todo pecado, que dando todos los demás por lo menos, con el pecado original manchados, y secos, &c. Vide etiam infra fol. 162. Lib. impress. Hiracii 1608. in 4.

Item, in lib. Ramillete de flores, y excelencias de la Virgen N. Señora, y guia de los esclavos de su penoso destierro, cap. 2. fol. 118. inquit: El segundo fue preservada de la culpa original, en que avia de

caer por ser hija de Adan, &c. y este concedió Dios a su Madre, a quien redimió, preservandola de la culpa en que avia de caer, &c. Lib. impress. Pamplonæ 1617. in regali.

Item, in lib. Guia de los devotos, y esclavos de el SS. Sacramento, y de la Virgen deferrada, fol 240. in explicatione salutationis Angelice, & eius eminenti puritate, & gratia, & quomodo est resusque spina, latè. Impress. Barchinonæ 1623. in 12. regali.

**ANTONIUS** Alvarez, Ordinis Minorum Hispanus, in 1. part. Silva spiritualis, habet considerationes undecim pro die lippidissime, & immaculatae Conceptionis Marris Dei, iuxta S. Evangelium D. Matthæi, Impress. Salmanticae 1591. & 1594. in 4. & Valentia 1592. à fol. 124. usque 162.

**ANTONIUS** Amador, Ordinis Minorum Hispanus, actum sacramentalem edidit sub hoc titulo: El valle de lagrimas convertido en ríos por la Aurora MARIA, libre de toda sombra en el Oriente durante su Conceptione purissima. Impress. cum alijs Granata 1651. in 4. à fol. 92.

Item, scriptis sermonem pro Conceptione immaculata Virginis MARIE, &c. Impress. in codem libro à folio 349.

**ANTONIUS** Andreas, Ordinis Minorum Hispanus, in 3. sent. dist. 3. Virtus Beata Virgo fuerit accepta in originali peccato? respondit: Quod potius Deus infundere gratiam animæ Beatae Virginis in primo instanti sua creationis æqualem, vel maiorem eam, quam infundit in baptismō, quo facta, nunquam fuisse actualiter debitrix originalis peccati, & per consequens nunquam fuisse cum originali culpa, & quod absurdum videtur, ex eo quod non possibile aliter esse, quod futura Mater Dei in aliquo instanti fuerit actu Deo odiosa, & Dei iniuria, & digna damnatione, ita quod si tunc fuisse mortua, fuisse damnata, &c. latè in lib. impress. Venetiis 1578. in fol.

**ANTONIUS** Angelicus Siculus Italus, edidit ad SS.D.D. Innocentium X. Summum Pontif. deflata Confitemptus Sanctissimi Stellaris Beatae MARIE Virginis supplicationem pro illius instaurazione, impress. Panormi 1648. in 4. Est tota de Immaculata Virginis Conceptione. Vide eam.

**ANTONIUS** Angelorum, Lusitanus, edidit triumphum gloriose Virginis MARIE, in quo de Immaculata Deipara Conceptione latè agit. Ita Hippolyt. Marac. in Cat. ad ann. 1610. Quis autem fuerit Auctor iste, determinare invenire non potui.

**ANTONIUS** de Aranda, Ordinis Minorum Hispanus, in veridica informatione Terra Sancta, &c. cap. 23. folio 153. inquit: Debaxo de esa Iglesia visitamos una Capilla soterranea, donde comunmente se dice que nació nuestra Señora, y debaxo de este titulo se visita de nosotros, y de todos los peregrinos, aunque yo para mi tengo, que fue allí concebida, y no nació, porque conforma mas con las historias de los Santos que de esto hablan, &c. Lib. impress. Compluti 1563. in 8.

Item, in lib. dicto: Loores de la Virgen nuestra Señora, Madre de nuestro Redemptor Jesus, sobre la exposicion de las siete palabras que esta Virgen habló, &c. cap. 2. folio 7. Quod Virgo MARIA fuit libera, & exempta ab omni culpa, tam actuali, quam originali, &c. citant etiam cap. 23. Lib. impress. Compluti 1552. in 4. cum imagine immaculata Conceptionis.

ANTO-

**ANTONIUS** Ares, Ordinis Minimorum Sancti Francisci de Paula Hispanus, in libr. del Illustre origen, y grandes excelencias de la mysteriosa Imagen de nuestra Señora de la Soledad, &c. art. 6. tit. 7. à fol. 98. usque 190. latè agit de mysterio *Immaculatae Conceptionis Virginis MARIE*. Vide ibi, Lib. impress. Matrii 1630. in 8.

**ANTONIUS** de Azevedo, Ordinis S. Augustini Hispanus, in Elencho commentariorum in Pentateuchum Hieronymi ab Oleastro, Ordinis Prædicatorum, adducit indicem, seu remissionem pro concione de *Conceptione sacratissima Virginis MARIE*, &c. Lib. impress. Barchinone 1588. in 8.

Item, in Catechismo mysteriorum Fidei, ac Symboli expositione cap. 5. §. 2. de Virtutibus Virginis MARIE Domina nostra: *Quod Virgo MARIA fuit præservata à peccato originali*, per totum à fol. 117. usque 119. Lib. impress. Barchinone 1589. in 4.

**ANTONIUS** de Balinghen, Societatis Iesu Belga, in lib. dicit: Scriptura sacra in locos communes, titulo: *MARIA Virgo Deipara*, cap. 2. de ejus Conceptione, Nativitate, & pulchritudine: *Quod B. Virgo MARIA Concepta fuit sine peccato originali*, latè per totum, ex illo Cantic. 4. Tota pulchra es amica mea; & Cantic. 2. Sicut lilyum inter spinas; & Genesis 3. Inimicities ponam; & Job 3. Exspect lucem, & non videat; & Apocalyp. 12. Luna sub pedibus ejus; ac tandem Luca 1. Ave gratia plena & invenisti gratiam. Vide ibi fol. 544. Libr. impress. Duaci 1621. in fol.

Item, in Ephemeris, seu Kalendario SS. Virginis Dei MARIE, fol. 607. die 8. Decembris, festum *Immaculatae Conceptionis B. Virginis MARIE*, usq; 677. Lib. impress. Duaci 1629. & 1633. in 8.

Item, in libro: *Parnassus Marianus*, seu flos Hymnorum, & Rhymorum de SS. Virgine MARIA, tum ex prisca Misericordia, tum Breviariis, &c. à fol. 4. usque 48. *De Conceptione B. Virginis MARIE*, adducit Hymnos, & Officia cum notis. Vide ibi lib. impr. Duaci 1624. in 12.

**ANTONIUS** Barberinus S. R. E. Cardinalis tituli S. Onufrii, Ordinis Minorum, Episcopus Senogalienensis, in Diecepsana Synodo habita in Cathedrali Ecclesie S. Paulini in ipso die festo ejusdem Sancti, 4. nonas Maii, anni 1627. hæc præcepit in instructione Prædicatorum: *Abslineat à questionibus subtilioribus, & inservib; ac sigillat à disputatione de Beatisime Virginis Conceptione resellendo alteram partem, sub pena suspensioñis à Divinis ipso facto incurvenda, juxta Bullam Py. Pape V. Caveat similiter à disputatione de auxilijs, donec controversia ab Apostolica Sede terminetur; ut videre est fol. 171. Lib. impress. Romæ 1627. in 4.*

Item, templum Fratrum Capuccinorum in urbe immaculatae Conceptioni Virginis MARIE Sacrum, à fundamentis erexit, ex quo extant, & vidi scriptum in eodem Conventu inscriptiones, & in portico Ecclesie est etiam imago *Immaculatae Conceptionis*. Vide Purp. Marian. fol. 30.

**ANTONIUS** Barberinus S. R. E. Camerarius Card. tituli S. Agathæ, nepos præcedentis, anno 1640. die 6. Iulij dedit quoddam rescriptum, cuius initium est: Cum nuper veneranda Archiconfraternitas *Immaculatae Conceptionis* in Ecclesia S. Laurentij in Damaso, &c. subscriptio vero est die octava Januarii.

**ANTONIUS** Beatillus de Bari, Societatis Iesu Italiæ, in historia Vitæ, miraculorum, ac transla-

tionis S. Nicolai Episcopi Myræ, lib. 5. cap. 19. fol. 237. *De modo, quo S. Episcopus Nicolatus apparuit Abbatii Elpino, vel Helsino, & præcepit illi celebrare festum Immaculatae Conceptionis Domina nostre, &c.* Lib. impress. Neapoli 1645. in 4. & 1633. etiam in 4. fol. 288. citat Jacobum de Voragine, Petrum de Natalibus, Ribadeneiram, Arnoldum Wion, & Ferreolum, lib. 6. cap. 1.

**ANTONIUS** de Benavides & Bazan, Canonicus Toletanus, recepit votum emissum à Congregatione Pueri amissi, succursus, & refugii, *pro mysterio Immaculatae Conceptionis*, ut constat ex ejus voto facto die 12. Januarii 1653. Impress. in folio eodem anno.

**ANTONIUS** de Bercellis, Ordinis Minorum, sustinuit sententiam *de Immaculata Virginis Conceptione*, ut refert Daza fol. 50. ex Bernard. de Bustis, serm. 8, à quibus ista defumpta est notitia, nam in Autore nihil inveni.

**ANTONIUS** à Berghen, Prior Viridis Vallis, in opere locorum communium tomo 4. verbo MARIA: *Quod nunquam per aliquod peccatum à Deo fuerit divisa*. Extat manuscript. in fol. in Rubra Valle propè Bruxellas, cum aliis.

**ANTONIUS** Bernaldo de Quiros, Primarius Theologiae Professor, & Supremi Consilii sanctæ Inquisitionis Qualificator, Hispanus, defendit B. Virginem immunem ab omni labore à primo suo Conceptionis instanti, non solum quoad animam per infusionem gratiae habitualis; sed etiam quoad corpus per infusionem qualitatis, quæ effet fomes virtutis, ut in nobis ob peccatum originale viget fomes peccati, & in nostro mortali corpore regnat. Ita Salmanticae pro Universitate publicas Theses defendit typis datas anno 1636.

Item, Vallisoleti anno 1647. præfuit publicis Conclusionibus ibidem impressis de *Immaculata Beatisime Virginis ab originali peccato in ipso primo Conceptionis instanti*. Vide ibi late.

**ANTONIUS** de Bitonto de Mantellica, Ordinis Minorum Italus, in expositione Evangeliorum totius anni, in Sermone Ascensionis, sic inquit: Nam quamvis sacra Scriptura mentionem non faciat de Sanctificatione B. Virginis ex utero, sicut nec etiam mentionem facit de ejus Nativitate; rationabiliter tamen B. Augustinus argumentatur, in Sermone de Assumptione ejus, sic dicens: Rationabiliter creditur, quod illa, quæ genuit Unigenitum à Patre plenum gratiæ, & veritatis, præ omnibus aliis, majora privilegia gratiæ acceperit; unde Angelus illi dixit: Ave gratia plena, Luc. 1. Invenimus autem quibusdam aliis hoc privilegium esse concessum, ut in utero sanctificantur, sicut est Hieremias, cui dictum est: Antequam exires de vulva, sanctificavi te, Herem. 1. & Joannes Baptista, de quo dicitur: Etenim manus Domini erat cum illo, Luc. 1. Rationabiliter ergo creditur, quod ipsa Virgo, antequam ex utero nasceretur, præservata fuerit à peccato originali, & numquam peccarit mortale aliquid committendo, vel veniale, & semel, & iterum ipsam à peccato originali fuisse præservatam asserit, & affirmat in Postilla, seu expositio mystica Evangeliorum Dominicantium, fol. 33. Impress. Bergomi 1496. in 8. regali.

Item, in festo Conceptionis gloriæ Virginis MARIE, Postillam, seu sermonem super Epistolam, seu capitulum octavum Proverbiorum, à fol. 168.

Item, de eadem Conceptione, questionem utam in eisdem

Postillis. Lib. impress. Lugduni 1569. & 1541. in 4. regali.

Item, in *Conceptione B. MARIE Virginis*, Sermonem, seu Postillam super Evangelium: Liber generationis IESU CHRISTI, qui extat in eodem libro, impress. Lugduni, 1569 fol. 286. Qui quidem Sermo pratermissus fuit in mea Biblio. Virginali, sicut etiam Purificationis, & Assumptionis: extat etiam in impressione facta Lugduni 1541. fol. 203. Vide etiam nostram Biblio. tom. 3. fol. 536. & 591.

In Biblio. omnium SS. Florentia: extat Antonij Bitontini Quadragesimale, quod incipit: Castigo corpus meum, &c. quia hodie Sancta Mater Ecclesia; cfr. Quadragesimale latinum de peccatis, & ad finem habet Sermonem de *Immaculata Conceptione*, M. S.

**ANTONIUS** Bohordus, Ordinis Minorum, in Regno Hispanie, & Provincia Immaculatae Conceptionis, sustinuit Conclusiones sub R. P. Ioanne de Villamar, pro immunitate Virginis ab originali peccato, & in alijs assertionibus de hac materia, que videri possunt apud R. P. Ioannem Antonium Velazquez, lib. 3. de MARIA immaculatae concepta, disert. 3. adnot. 3. num. 7. fol. 292. Vide etiam verb. Ioannem de Villamar.

**ANTONIUS** Bonitus à Cucharo, Ordinis Minorum Italus, & Episcopus Acerensis, scripsit opus insigne sub hoc titulo: *Elucidarium de Conceptione incontaminata Virg. gloriose*, Neapoli 1507. in 4. **ANTONIUS** Bonromeus, Artium & Juris utriusque Doctor, Comes, & Eques, editit *Clypeum Virginis pro immaculata V. Conceptione*, cuius exordium incipit: Non hic est cœlo clypeus, quem sumpsit ab alto. Opus vero: Etsi Patres humana pictas nos moveat, &c. Impress. Venetiis ex officina Petri Lichtenstein 1508. in 4.

**ANTONIUS** Bonvicinus de Pescia, Clericus Regularis S. Pauli, Italus, in libro dicto: *Giardino di delito dell' eterno Dio, MARIA sempre Vergine*, dalle potentissime mani del supremo Artefice piantato, inaffiato da gli inesausti influsi dello Spiritu Sancto è germogliante l' eterno Verbo di mortal carne vestito, dove con simplici è devoti discorsi si vagheggiano l' intere, & eterne belleze della felicissima Imperatrice del Paradiso, MARIA Vergine, &c. Ex quo titulo colliges multa esse in hoc libro pro immunitate Virginis MARIE. Lib. impress. Boloniæ 1645. in 4.

**ANTONIUS** Broickwy à Konigstein, Ordinis Minorum Novimagen, in narrationibus super Evangelia, part. 1. art. 3. Quod MARIE tota se plenitudo gratiae infudit, ac per hoc quidquid maledictionis infinitum fuit per Examptum abstulerit benedictio MARIE. Lib. impress. Venetiis 1548. in 4.

Item, in lib. super quatuor Evangelia, pro *Conceptione B. Virginis MARIE*, indicem concionatorium. Impress. Parisiis 1554. in 8.

Item, in Concordantiis brevioribus omnium ferre materialium, ex sacris Bibliorum libris, in *Conceptione B. Virginis MARIE*, indicem concionatorium. Lib. impress. Parisiis 1549. in 8.

Item, in libro dicto: Breve Evangeliorum Monastiarum fol. 566. adducit pro *Conceptione B. MARIE* illud Romanorum 5. Sicut per unius delictum, &c. et Evangelium ejusdem diei. Lib. impress. Coloniae 1542. in 8.

Item, in Postillis, five narrationibus in Episto-

larum, & Evangeliorum Lectiones, parte Hyemali, in festo Visitacionis MARIE, ait ad illud: Benedicta tu inter mulieres, etiam benedicta: verè inter omnes etiam laudata mulieres benedicta, quia immunis à maledictionibus, quae super mulierem sententiantur, &c. Et infra, ad illud: Ecce enim ex hoc Beatam me dicent omnes generations, inquit: Videamus ergo, ne excludamur à generationibus, & generationibus quidem Dei, quae sola vera sunt, dicendo eam in aliquo maledictam, quin potius solam beatitudinem ejus cogitemus, quam Deus sic implevit gratiā, sic supra mulieres benedictam reddidit, sic respexit, ut voluerit ab omnibus dici beatam, quod si ab omnibus, ergo à nullo maledictam, &c.

Item, in festo Assumptionis Virginis MARIE, sic dicit: Ipsa Virgo Castellum, quod Jesus intravit, in quo tabernaculum posuit, carnem assūmēt contra diabolum pugnaturus: Nihil enim unquam juris diabolus in hoc habuit Castello, &c. Nam fomes radicatur in carne, & ascendit usq; ad mentem &c. In prima autem sanctificatione Virginis collata ei tanta gratia perfectionis, ut redundaret in eius sensualitatem in tanta abundantia, ut fomitem adeò reprimetur, quod nullum effectum ad incitandum ad malum haberet. In secunda, in qua Sp̄ritus Sanctus non tantum descendit in mentem, sed etiam in carnem, cum de carne operatus est, de ea mirabiliter carnem sine macula fabricando, reliquam ipsius carnem reddens immaculatam, extirpando in ea fomitem, & omnem concupiscentiam, &c.

Item, in Postilla de gloriosa Virgine MARIA, in communi multa dicit, quae ejus immunitatem à peccato originali respicere videntur; quae invenies in lib. impress. Parisiis anno 1550. in 8. Et in nostra Bibliotheca Virginali, tom. 2. à folio 734. usque 764.

Item, in narrationibus in Epistolam Divi Pauli ad Romanos, cap. 5. fol. 115. postquam plura dixerat de peccato originali, tandem inquit: Sicut Adam immediatè a Deo de Immaculata terra est formatus, Gen. 2. Ita corpus Christi de Immaculata Virgine virtute Spiritus Sancti, &c. Lib. Impress. Coloniae 1556. in 8.

Item, part. 3. art. 17. fol. 106. inquit: Eramus naturā filii ira, sicut & ceteri; nemo enim liber a hoc, nisi Christus naturā, qui & marrem gratiā preservavit. Vide alia ibi, impress. vt supra.

**ANTONIUS** Brunus, Poëta Italus, in lib. dicto: L' tie gratiæ, haber Cantionem de *Conceptione Divi pauli*. Romæ 1630. in 12. magno.

**ANTONIUS** Butrio, Jurisconsultus, in tomo 3. super Decretales, titulo de Feris cap. 5. inquit: Quero, quid de festivitatibus omnibus Beatae MARIE, an illæ sint celebrandas? dico quod sic, & sunt quatuor: MARIE Annuntiatio in vere, Assumptio in aestate, Nativitas in autumno, Purificatio in hyeme: Festum autem Conceptionis ipsius Virginis hic non includitur, licet in multis locis celebretur ex devotione non improvanda; de quo in speculo 20. titulo post principium, ipse dicit: quod festantes non improbat, & hoc quia fuit ex humano semine concepta, & in originali peccato, ut notatur de Consecratione distincte 3. cap. 1. sed post Conceptionem immediate sanctificata, illa dies bene posset venerari; & ob hoc colit Ecclesia Nativitatis festum: sic dicit Joannes Andreas Hedio audio Ecclesiam approbare opinionem Minorum, &

& illud sequendum, quod non fuerit Concepta in origina-  
li peccato. Vide item loco supra allegato num. 11.

Lib. impress. Venetijs 1528. in folio.

**ANTONIUS** de Caceres, Ordinis Prædicato-  
rum, & Episcopus Asturiensis, in Sermoni Capi-  
tuli Generalis celebrati Vallisoleti anno 1605. fol.  
2. ad illa verba: MARIE vero tota se infudit gratia  
plenitudo, inquit: Dio à la Virgen el Spiritu san-  
cto todos los dones y gracias juntas. Comunico  
le todas las prerrogativas, que estaban repartidas  
en todos los demás Santos, vertiose, y derramose  
sobre la Virgen todo el Espíritu Santo llenandola toda ella,  
según la capacidad mayor que puede hallarse en una pura  
creatura, &c. Serm. impress. 1605. in 4. Si ita in  
Virgine totus Spiritus Sanctus fuit diffusus secun-  
dum illam capacitatem quae fuit in Virgine, vel  
poterat esse in aliqua pura creatura, & in hac ex-  
tac capacitas, ut possit concipi absque originali  
peccato; igitur haec gratia, aut privilegium com-  
municatum fuit Virginis. Vide Pistojam fol. 162.

**ANTONIUS** Caignet, Doctor Gallus, in libro  
sub titulo: L'anne & Pastorale &c. Lib. 2. sub hac  
scriptione: Les grandeurs & excellences du Mystere de  
la Conception de NDame, &c. agit de Immaculata Vir-  
ginis Conceptione à fol. 389. Lib. impress. Parisijs  
1662. in fol.

Item, in lib. cui titulus: Les veritez, & les vertus  
chrestiens, tom. I. à folio 343. usque 352. de festo Con-  
ceptionis Virginis MARIE meditationem, ubi latè  
de præservatione. Impress. Parisijs 1655. in 12.

**ANTONIUS** de Calancha, Ordinis S. Augu-  
stini Hispanus, scripsit approbationem, seu epि-  
stolam ad D.D. Petrum de Perea Episcopum Are-  
quipensem pro lib. ab ipso inscripto: De Immacula-  
ta Virginis MARIE Conceptionis certitudine, &c. an.  
1628. que extat in lib. impress. in Civitate Regum  
1629. in 4.

Item, in lib. sua historiæ, seu Chronicæ, in de-  
dicatoria agit de Immaculata Virginis Conceptione. Im-  
press. an. 1630. in fol.

**ANTONIUS** Calderon, Hispanus, & Archie-  
piscopus Granatensis. pro titulo immaculata Concep-  
tionis Beatisimæ Virginis, adversus duos libellos Ano-  
nymos, librum unum, Matrii 1650. in 4.

Item, elaboravit librum sub hoc titulo: De affer-  
tore Dominicano, circa Immaculatam Virginis Con-  
ceptionem, quem ipse sape citat, & ego aliquando  
vidi, sed morte præventus, non fuit typis mandatus.

Item, scripsit librum sub hoc titulo: Relacion de  
la fiesta que la insigne Vniverisdad de Baeza cele-  
brò à la immaculada Conception de la Virgen nuestra Se-  
ñora, con la carta que la dicha Vniverisdad escri-  
bio à su Santidad, y el singular Estatuto hecho en  
favor de la Conception. Impress. ibi 1618. in 4.

Item, ad finem libri habet Elegiam, & cantum  
Latino Sermonem, metro Hispanico, vel potius Italico  
pro Immaculata Conceptione Virginis MARIE. Vide ibi.

**ANTONIUS** Canalius, Ordinis Olivetani Ita-  
lus, scripsit pro Immaculata Conceptione Virginis, ut air  
Franciscus Maria Pistoia, de MARIA triumphante,  
cor. 2. cap. 5. fol. 161.

**ANTONIUS** Cano Montorus, Poëta Hispanus,  
scripsit Epigramma pro Immaculata Concep. Virginis  
MARIE. Impress. cum aliis Granata folio 287.

**ANTONIUS** Caraziolus, Clericus Regularis  
Italus. Quod Ecclesia Neapolitana commendatur à  
tuela Immaculata Conceptionis, in lib. de præstantiâ

Ecclesia Neapolitana cap. 1. fol 2. impress. Nea-  
poli. 1645. in fol.

**ANTONIUS** Carpenter, Licentiat in utro-  
que Jure, Duacensis Belga, in lib. Les merveilles du  
mont-Carmel; ou les progrès du secours de la tres-  
Sainte-Vierge, &c. fol 43. in Eucharisticon ad Bea-  
tissimam Virginem MARIAM de monte Carmelo,  
sic inquit, loquendo de puer à morte resuscitato:  
Tibi demique Virgo Immaculata concepta; ut puerulum  
sub hoc titulo tibi oblatum, agnum anniculum si-  
ne macula efficeres, &c. Duaci 1656. in 8.

**ANTONIUS** del Castillo, Ordinis Minorum,  
& Commisarius Generalis terræ sanctæ Hispanus,  
in libro dicto: El devoto peregrino, viaje de tier-  
ra Santa, capit. 5. fol. 113. inquit: Aviendo ca-  
minado como quarenta paslos por la calle à man  
derecha (loquitur de via probatica piscina) pal-  
famos por debaxo de un arquillo, y entramos en  
la casa de la Señora Santa Ana, Madre de la Vir-  
gen santissima. En esta casa fue concebida la Vir-  
gen; la Iglesia es bellissima, y muy hermosa, su  
fabrica entera, y muy bien hecha. Junto à la  
Iglesia está un Convento, que quando era de  
Christianos Ierusalem, vivian Monjas en él, tiene  
sus celdas, y claustral, y en medio del hay tinios na-  
ranjos muy hermosos, &c. Esta santa Iglesia, y Con-  
vento lo poseen Moros, y viven en ella; mas no  
pueden ser casados, ni pueden vivir mugeres en  
ella, porque luego mueren, y asistian alli Moros  
Santones siempre, que guardan castidad, cosa  
rara entre los Turcos, y Moros: Mas nuestra Señora  
quiere con esto darnos a entender la santidad, y pureza de la  
Virgen santissima, pues en lugar donde fue concebida, como  
su concepcion fue tan pura, y sin mancha de peccado, no quie-  
re que aquél lugar jamás sea profanado con acto de sen-  
sualidad, y torpeza, &c. Lib. impress. Matrii 1654. in  
4. & 1656. etiam Matrii in 4. & 1660.

**ANTONIUS** de Castro, Ordinis Minorum  
Hispanus, edidit Apologiam Hispánicæ pro mysterio  
immaculata Conceptionis, & in laudem Solis Verita-  
tis contra epistolam cuiusdam Anonymi, & incipit:  
Remite me vniuersa carta que asu Jvizio y pare-  
cer me la pinta tan vituperable, y llena de falseda-  
des, sin razon ni fundamento, &c. extat apud nos  
manuscrip. in fol.

**ANTONIUS** de Corduba, Ordinis Minorum  
Hispanus, scripsit quæstionem unam diffusam, &  
pulchram: Vtrum Beata Virgo illo tempore haberet pec-  
catum originale, vel actualē, & resolvit quod non.

Item, Vtrum in B. Virgine fuerit aliquando fomes pec-  
carii ubi partem negativam sustinet.

Item, Vtrum B. Virgo haberet justitiam originalem, &  
similiter Christus? ad quod affirmativè respondit.

Item, Utrum B. Virgo (si ei daretur optio) præ-  
eligeret perpetuam Virginitatem, sine materni-  
tate Dei, an esse Matrem Dei sine virginitate? simili-  
ter, Vtrum præligeret carere peccato originali, vel ad  
momentum portus quam Dei maternitate, vel è contraria quæ  
omnia reperies in lib. I. sui quæstionarij. Impress.  
Venetijs 1569. in fol. & 1604.

**ANTONIUS** de Croy Peralta, Mendoza, y  
Velasco, Marchio de Mondexar, & de Falces, in  
libello: Poëtica version al Psalmo 50. ad illud:  
Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, inquit:  
O permitase a un afecto el pensar que este discreto  
Rey procura à la divina vista ázia la comun man-  
cha, para que luciendo entre ella, las purezas de la fin  
mancilla Madre Virgen, en vez de detener à Dios el  
astio

aficio de el peccado de David, al llegará su descendencia le apresure el cariño aquella perfección; o ya como, porque avia de venir Jesus Salvador conseguía el Profeta la misericordia, porque avia de nacer MARIA santissima interpone estos recuerdos conociéndola beneficiadora siempre, y hallandola en la gracia desde antes que se formase la naturaleza, &c. Lib. impress. Matrixi 1656. in 4.

**ANTONIUS** Corletus, Juris iuriisque Doctor, Sieulus, in suo Repertorio, verbo *Conceptione, pro Immaculata Virginis Conceptione adducit remissionem ad Abbatem, &c.* lib. impress. an. 1486. in fol. magno, ut refert Ferdinandus de Vergara Cabezas in suo Defensorio jurid. fol. 14. cap. 3.

**ANTONIUS** de S. Cruz, Ordinis Minorum, fuit Procurator in causa seu lito communiter dicta, de las cucharetas, Provincia Carthaginensis, circa *Conceptionem B. Virginis MARIE, ut videre est in ipsa impress. anno 1508.* in 4. & extat originalis apud nos.

**ANTONIUS** de la Cruz, Valdemoranus, ad annum 1600. edidit discursus Evangelicos in festo *Immaculatae Conceptionis.* Impress. Barchin. Ita Hippolyt. Marrae in Catal.

**ANTONIUS** de Cuellar, Ordinis Minorum Hispanus, ac Martyr in Indijs occidentalibus, cum alijs socijs, fundavit Conventum de Yzatlan, sub titulo *Immaculatae Conceptionis Virginis MARIE,* ut refert Antonius Daza in libro *Concept.* cap. 6. folio 44.

**ANTONIUS** Cusanus, in suo Elucidario scribitate de *Conceptione Immaculatae Virginis MARIE.* Ita Joannes à S. M. in supplici libello, fol. 315. & Aegidius Lusitanus.

**ANTONIUS** Daza, Ordinis Minorum Hispanus, de *purissima Conceptione Virginis MARIE,* librum unum, Matrixi 1621. in 4.

Item, in Exercitiis spiritualibus S. P. N. Francisci refert Antiphonam: *Tota pulchra es MARIA, & macula originalis non est in te, &c.* Lib. impress. Roma 1625. in 16. fol. 95. & etiam Hispanice.

Item, in vita Venerabilis Joanne de la Cruz, fol. 69. *Quomodo Virgo MARIA à primo instanti sua Conceptionis habuit usum rationis, &c.* Lib. impress. Matrixi 1613. in 4.

Item, scriptis epistolam cum alijs ad Sanctitatem Pauli V. pro diffinitione mysterij *Immaculatae Conceptionis,* extat in suo libro, cap. 25. fol. 180.

Item, recollectit aliud opus ex diversis opusculis, tam impressis, quam manuscr. sub hoc titulo: *Tesoro de la Immaculada Conception de N. Señora, &c.* Extat in nostra Biblioth. in fol.

**ANTONIUS** Dauroultius, Societatis Jesu, in libro dicto: *Flores exemplorum, sive Catechismus historialis, cap. I. titul. 30. §. 4. fol. 207.* narrat quod contigit R.P. Jacobo Lainez, in Concilio Tridentino, quando in decreto de peccato originali excepta est *immaculata Virgo MARIA.*

Item, fol. 209 titulo 20. de *immaculata eaque perpetua MARIE Virginitate,* num. 6. Concionator quidam contra puritatem Dipiarum Virginis concionatus dicta recantare cogit. Et narrat historiam Joannis Veri, Ordinis Prædicatorum anno 1497. tom. 4. suorum operum.

Item, tomo 2. capite 4. fol. 809. qua occasione sit institutus dies Beatae Virginis Conceptionis sacer, & narrat historiam Clerici Regis Hungariae Germani.

Item, ibidem, unde fuerit in Ecclesia Dei institu-

tum festum *Conceptionis Beatae MARIE* tempore D. Bernardi circa an. 1145. Lib. impress. in 4. & Duici 1616. in 8.

Item, in libro: *Pij Gemitus Catholicorum, in quibuscumque Ecclesia necessitatibus effundendi,* fol. 155. vocat B. Virginem immaculatam, & fol. 222. in litanis B. Virginis, inquit: *Per Immaculatam Conceptionem tuam, libera nos mediatrix nostra, &c.* Lib. impress. Duaci 1614. in 16.

**ANTONIUS** Delphinus, Hispanus, in libro de mirabilibus sanctæ Civitatis Romanae folio 74. de stationibus Urbis, ad diem 8. Decembris, in *Conceptionem Sancte MARIE Virginis in Ara Cali, & Populo, Sancta MARIA de la Paz, & in Virgine de Matribus.* Lib. impress. Romæ 1649. in 8.

**ANTONIUS** Des Lions, Societatis Jesu Belga, in libro de cultu B. Virginis MARIE de *Conceptione immaculata Elegiam unam,* quæ est in ordine 12. fol. 26. Antwerpia 1640.

**ANTONIUS** Escainus, Doctor Salodiensis, in omnes S. Pauli epistolas, in illam ad Romanos, cap. 6. fol. 33. sic ait: *Et ideo Christus à participatione prævaricationis Adæ exceptus est, & non conceptus in peccato originali, ut qui, etiæ ex sanguine mulieris Virginis immaculata originem ducens, ex semine Adæ traxerit sua humanitatis generationem: attamen ex femine viri non propagavit, à quo profuit humanæ generationis contaminatio; sed ex Dei virtute superveniente, & obumbrante. Virgini formatus est in hominem sanctum, innocentem, immaculatum, & à peccatoribus segregatum, qualis esse decebat humanitatem, quæ Verbi divinitati in eadem persona unienda erat; sed & nihil adversari, quin dicamus, & ejus sanctissimam Genitricem (utpote creditur) hoc peccatum non incurrit, cum non sit impossibile apud Deum omne verbum.* Lib. impress. Venetiis 1589. in fol.

**ANTONIUS** de Escobar, & Mendoza, Valliletanus, Societas Jesu, in volumine 3. ubi adducit Imaginem *Immaculatae Conceptionis,* lib. 4. agit de *Immaculatae Conceptione Virginis MARIE,* latissime, & eruditè à fol. 182. usque ad fol. 300. Lib. impress. Lugduni 1648. in fol.

Item, in indice *Evangeliorum Sanctorum:* *Quid puritas Virginis MARIE in lumbis Parentum preparata fuit.* Vide verb. MARIA. Lib. impress. Lugduni 1642. in fol.

Item, in libro *Commentariorum moralium in Pentathericum, de Redempzione Virginis MARIE à peccato originali, de ejus purissima, ac Immaculata Conceptione, sparsim in multis locis.* Vide verb. MARIA. Lib. impress. Lugduni 1652. in folio.

**ANTONIUS** de Fantis, Ordinis Minorum Tarvisinus, in tabula generali, sive Mari magno Scotica subtilitatis, ait: *Quod MARIA maximè indiguit Christo, ut Redemptore, quia ipsa contraxisse originale peccatum ex ratione propagationis communis, nō fuisset prævenita per gratiam Mediatrix, & sicut alii indigerunt Christo, ut per ejus meritum remitteretur eis peccatum jam contractum, ita illa magis indiguit Mediatore præveniente peccatum, ne esset ab ipsa aliquomodo contrahendum, & ne ipsa contraheret.* Impress. Venetiis 1522. in fol.

**ANTONIUS** Farfan de los Godos, Doctor Hispanus, die 24. Julij 1622. in Ecclesia Sancti Antonij Abbatis, & confraternitate Nazariorum, in quinzenario, vel quindenario festivitatum, pro Decreto Gregorij XV. *prædicavit Sermonem pro my-*

serio Immaculatae Conceptionis Virginis MARIE. Impress. Hispali 1622. in 4.

Item, in explicatione cap. 4. Epistolæ 1. ad Thessalonicenses, ad illa verba: Deinde nos qui vivimus, fol. 6. inquit: Y supuesto, que es de Fe; que murieron Christo, y MARIA, y es de Fe, que Christo no tuvo peccado, ni le pudo tener; y tambien es de Fe, que MARIA Santissima no le tuvo mortal, ni venial, y està muy cerca de ser de Fe, que no lo tuvo original, bien se infiere, &c. Lib. impress. Hispali anno 1624. in 4.

ANTONIUS Feo, Ordinis Prædicatorum Hispanus, in tractatu de festivitatibus Sanctorum part. 2. Serm. de S. Iosepho Sponso Virginis MARIE discursu 2. folio 31. loquens de puritate Virginis, citat Sermonem Sancti Bernardini de Conceptione, & infra affirmat, quod Ioseph viderat vitam Deiparae esse irreprehensibilem, inculpabilem, & absque ulla minima culpa.

Item, Serm. de S. Anna, discursu 2. fol. 285. postquam dixerat MARIA habuisse omnia genera virtutum, ex Petro Damiano, addit ex Sancto Ioanne Damasceno: chama S. Joano Damasceno à Virgen escada viva, que Deos fabricou para por ella descer do ceo à terra, à madeira de questa escala se fez foy à Carne de sancta Anna, estava esta natureza humana delde Adam inficionada, estaba esta madeira verde, & incapaz dese poder facer della escada qual convenia para Deos descender por ella, ó divino brazo por meo da gracia do espírito Santo gastou em parelhar tantos annos quantos ella foi esteril, & estue sem parir: aparelhada ella le formo suas entranhas aquell Sanchissimo fruto à Virgen RIA Mai de Deo, &c. Imp. Ulyssiponæ 1615. in folio & nihil amplius in ejus quatuor tomis reperire potui, quod immunitatem Virginis MARIE à peccato directe vel indirecte respicere possit.

ANTONIUS Ferdinandus Guevara & Adornus, Hispanus, in libro: Dominicæ Passionis octo supra quadraginta Homiliae, &c. in Monodia de Sancta Virgine MARIA ad Crucem, folio 236. cecinit.

Vnde dies semper Matri prælaxit tue.

Aperi si valas luce orientis seras, &c.

O casta, o pura, o lactea, o Idia, o gemma.

Roseta inter duo nitementa, &c. Lib. impress. Matri 1635. in 4. Si dies semper prælaxit MARIE, ergo nunquam fuit in nocte culpe.

ANTONIUS Fernández Conimbricensis, Societatis Jesu Hispanus, in Commentariis de visoribus veteris Teltamenti, ait: Quod sicut omnis hominum caro, massa quedam est peccati originalis, quadam quasi infestatione subiecta, ita singulari privilegio, caro Virginea in ejus Conceptione sanctitate compacta, & conglutinata est. Vide Visionem 6. cap. 3. scđt. 4. col. 195.

Item, Visione 13. scđt. 8. columna 373: ait: Quod Beata Virgo MARIA ex tortuosa radice generis humani in rectitudinem erumpens, omnem ignoravit nodositatem & quod de tortuosa radice peccati, ipsa predierit recta, & sine peccato. Lib. impress. Lugduni 1622. in fol.

ANTONIUS Eerreira, Lusitanus, in libro: Advertencias nuevas à la Letra, y moralidades de los Evangelios de Quaresima &c. fol. 364. §. 2. tercera feria, Sermone 6. affirmat Virginem sive conceptam alisque peccato originali. Impress. Matri 1657. in fol. per Gutparem de Elcalada & Castillo, Canonicum Merinæ Campo editus.

ANTONIUS Ferrer, Ordinis Minorum His-

pianus, in libro: Arte de conozer, y agradar à Jesus, &c. parte 4. Dialogo 2. de Oratione mentali, fol. 1107. inquit: Pues yo que esto es cierto, es dia de su Santissima Concepcion, sin plaga original, fiesta, y titulo, con que tanto se honra la Soberana Virgen, y que tanto lustre ha causado, y causa su defensa a la Religion de mi Seraphico, y Glorioso Padre San Francisco. Vide alia in Indice, verbo MARIA Mater Dei; & in expositione Salutationis Angelica, in princip. Lib. impress. Oriolæ 1620. in 4.

ANTONIUS Fornerius Cuciacensis, Sacra Theologia Professor, edidit: Dialogos de peccato originali, & Conceptione intemerata Virginis MARIE. Ubi latè & docte per Dialogos agit de ejus præventione. Impress. est Parisiis hoc opusculum per Magistrum Antonium Denidek impressorem, prope Collegium de Coqueret commorantem, laus Deo. Et est absq; anno impressionis caracteribus antiquissimis in 8. parvo.

ANTONIUS de Frane-Villa, Ordinis Minorum Italus, in libro: Circulus Seraphicus divini amoris folio 200. in Poëmate de Nativitate Virginis MARIE, vocat ipsam puram, candidam, & resam absq; spina. Impress. Neapoli 1631. in 12.

ANTONIUS Franciscus Canonista, in additionibus ad Panormitanum, titulo de Feris cap. fin. Conquistus, tom. 3. fol. 144. inquit: In ista difficultate de Conceptione Virginis, mihi semper placuit, quod ipsa Beatissima Virgo, quam Deus ab initio, & ab æterno præviderat incarnari, quod illa fuerit præservata ab aeterno à Deo, à tali originali peccato; fuit enim MARIA Mater Christi, ut Clem. fin. §. de penit. Nec est verisimile, quod Deus non voluerit esse mundam ab omni labe peccati, & maximè, quia si diceremus eam fuisse conceptam in peccato originali, aut saltem non fuisse ab illo præservata ex speciali privilegio, sequeretur, quod omnino fuisse in peccato, cum illud originale, etiam per Baptismum non tollatur quoad sui effectum, licet mitigetur. Non quis dampnatur secundum Glossam in cap. Si concupiscentia 15. questione 1. & in cap. 2. de Consecrat. distincte. unde impium est non credere, & tenere, quod dixi. Hæ Auctor iste.

ANTONIUS Fuequer, Societatis Jesu Belgæ libro: Via vita æternæ iconibus illustrata, multo dicit: Quod Virgo MARIA nec somitem habuerit peccati, quia fuit tota pulchra & sine macula, &c. præcipue folio 775. Lib. impress. Antwerpia 1620. in 8. regali.

ANTONIUS de Fuertes, & Biota, Juris Consultus, & Regius Consiliarius Mediolanen. quondam Collega Bononiensis, Hispanus, edidit libellum sub hoc titulo: Sanctissimo, ac Beatissimo P.D. Alexandro VII. sancta, & universalis Ecclesie Catholicæ Romanae Papæ, votum de Beata MARIE Virginis Matris Dei pura Conceptione, quod illi offert, &c. Impress. Bruxellis 1660. in 4.

Item, edidit alium ejusdem assumpti Hispanico Sermone, sub hoc titulo: A la Sacra, y Real Magestad de Philippo IV. el Grande, Rey de las Espanas, y de las Indias, Voto de la admirable, y pura Conception de la Virgen MARIA nuestra Señora, &c. Impress. Bruxellis eodem anno 1660. in 4.

Item, ut refert in prologo supradictorum Opulicorum, elaboravit alia duo Opuscula, de quibus ipse sic inquit: Altera est, quod de hoc articulo insignes aliquas lucubrations exaraverim latine,

& Hispanicè, quarum Latina nuncupata, ac intitulata *Sixtina*, continet *commentarium ad Decretalem Sixti IV.* quam edidit de solemnitate Conceptionis miræ Beate MARIE. Hispanica verò intitulata est *Historia de la Immaculada Concepcion*, quatuor libris comprehensa; utraque autem continet integrum explicationem hujus mysterii. Quæ opera vidi Bruxellis Latinè & Hispanicè in 4. in ejus Bibliotheca.

Item, edidit *Canticum Hispanicè*, sub hoc titulo: *De la Immaculada Concepcion de MARIA sanctissima Soneto*. Impress. in 4. Bruxellis.

**ANTONIUS** Gaëtan Italus, ac Sedis Apostolicæ in Regnis Hispaniarum Nuntius à latere Legatus, tñ cum D.D. Eminentissimo Bernardo de Rojas, & Sandoval, Supremo, ac generali Fidei Quæsirore ad annum 1615. speciali decreto interdixit assertiones typis mandatas Hispali, in quibus Beatissimam Virginem macula originali obnoxiam, immo confusam, ablonia locutione dicebant Adversarii fuisse; sed omnino excitata ex amborum præscripto, negata fuit ipsi facultas, ut publicè defenderentur. Vide Joannem Antonium Velazquez lib. 3. de MARIA immaculatæ Concepta, dissertatione 3. adnotat. 3. fol. 292.

**ANTONIUS** Gaudier, Societatis Jesu Gallus, in libro: *de Vera Christi Jesu Dei, & hominis imitatione*, cap. 17. folio 117. Quod Beatissima Virgo fuit à Deo preservata, & prædestinata, ut esset conformis ac simillima Christo Domino; ideoque dona illa omnia gratiarum, quibus abundavit, ad hanc in ea similitudinem efficiendam collata fuerunt, nec dubium ullum esse potest, quin ipsam ab ipso primo Conceptionis Christi momento, & deinceps per totam ejus vitam filio suo conformis Christo extiterit. Lib. impress. Parisis 1614. in 12. Hec lièc Conceptionem Immaculatam non adstruant, multum tamen Virginis puritatem commendant.

**ANTONIUS** Georgius Bononiensis, edidit *Commentarium in vitam Beatissime Virginis MARIE*, & in eō Conceptionem ejusdem *Deipara adstrinxit, & defendit*. impress. Romæ 1570. in 4. extat in Bibliot. D.D. Cardinalis Barberini. Plutœ 59. num. 1.

**ANTONIUS** Goffar, Protonotarius Apostolicus, Doctor Leodiensis Italus, in *Compendio Bonacinae*, ait: Quod omnes contrahunt peccatum originale ex Adamo per seminalem generationem propagati, nisi aliquis peculiari privilegio ab hoc onere eximatur, ut de facto exempta fuit Beatissima Virgo, quæ tamen debitum, seu obligationem habuit contrahendi peccatum originale. Sed de facto preservata fuit, ne cum peccato originali conciperetur, & nasceretur, impress. Lugduni. 1630. in 12. magno.

**ANTONIUS** Gonzalez de Azebedo, Doctor Hispanus, edidit librum D. D. Petri Gonzalez de Azebedo Episcopi Placent. de elogis sanctissimæ MARIE Virginis ex sacris monumentis ordinatis, in quo multa extant elegia pro immunitate Beatae Virginis à peccato originali, ut videre est in lib. impress. Salmantica anno 1621. in 8.

Item, in notis ad predicta elegia, latè agitur de mysterio Conceptionis, ac festivitatibus institutione, à fol. 227. usque 237.

Item, ad finem adducit *Litaniam de Conceptione Virginis MARIE*, à fol. 177. usque 182.

**ANTONIUS** Gonzalez de Rosende, Clericus Minor Hispanus: *pro Conceptione absq; macula MARIE*

*sancissimæ Regine Angelorum, & hominum, &c. Memorale ad Philippum IV. Hispaniarum Regem, & Dominum gloriosum utriusque mundi. Martini 1645.* in fol. incipit: En dos proposiciones.

Item, idem pro diffinitione puritatis Virginis MARIE Domina nostra acclamationem communem seu instantiam, in fol. impress. absque anno, & loco impressionis, & incipit: Las razones, &c. Hæc duo opuscula Hispanicè fuerunt conscripta.

**ANTONIUS** le Grand, Ordinis Minorum Augustinus, in libello: *Encomium sapientiae humilis*, seu *Scotus humilis elucidatus*, per totum librum seu orationem agit quomodo Scotus defendit *Immaculatam Virginis MARIE Conceptionem*, & ejus præparationem &c. sed maximè à folio 31. usque 61. Duaci 1650. in 24.

**ANTONIUS** de Guevara, Ordinis Minorum, & Episcopus Mindoniensis, Hispanus, in libro dicto: *Monte Calvario*, de 3. verbo quod Christus locutus fuit in Cruce cap. 2. fol. 73. inquit: Quien en esta vida entró, ni entrará tan adentro de la bodega divina, como entro la Madre de Dios, la Virgen sin manilla, en las entrañas divinas, y en las tabernas eternas, nadie tan dentro entró, ni nadie de tantos vinos bebió, porque no dejó cuba que no probase, ni quedó gracia del Espíritu Santo, que no tuviese. San Geronimo dice: à todas las otras Virgenes les fue dada la gracia por peso, y medida; mas à la Madre de Dios, no le fue dada por peso, y medida, sino muy colmada. Lib. impress. Vallisoletano 1550. in folio.

**ANTONIUS** Herpin, familiæ Andegavensis, Ordinis Minorum Gallus, in sacra Facultate Parisiensi Baccalaureus Theologus; pro prima Sorbonica quæ est Fratrum Minorum Parisiensium die 4. Julij an. 1659. sustinuit, & defendit, agendo de peccato originali, nostram sententiam per hæc verba: Cum de peccato originis agitur, nullam prorsus habere volo quæstionem de Maria semper Virgine, scilicet propter honorem Domini; inde enim scimus, quod ei plus gratia collatum fuerit ad vincendum omnī ex parte peccatum, quod concipere, ac parere meruit eum, quem constat nullum habuisse peccatum. Ne quis in contrarium obrudat illam epistolam D. Bernardi ad Canonicos Lugdunenses, nisi prius eam esse Bernardi probaverit. *Hujus immaculatæ Conceptionis præcipuus*, & maximus vindictus Joannes Scorus Minor; qui etiam plura argumenta in contrarium adducta in 3. dict. 3. ea dissolvit facilitate, quâ Samson olim Dalilæ ligamina in favorem Philistinorum posita disrupta. Hanc insuper sententiam suis inspiravit Alumnis piissima & semper Orthodoxa facultas Parisiensis, eos sacramento speciali astrigendo, ad propagandam ubique, & stabilendam *Immaculatam Virginis Conceptionem*, &c. Sunt impressæ in charta expansa eodem anno.

**ANTONIUS** de Herrera, Societatis Jesu Hispanus, & Catholici Regis Concionator, *De Immaculata Conceptione Deiparae*, orationem insignem 1642. Panormi impressam secundum Joann. Ant. Velazquez, fol. 372. & Marrac in Catal. Mariano, Pistoia fol. 156. num. 69.

**ANTONIUS** Hiqueus, Ordinis Minorum Hibernalis, sive Dormitius Thadæus, *de Conceptione Immaculata Beatae Virginis* opus magnum manuscrip. Ita Hippol. Marrac. in Catal. Mariano ad annum

1641.

1641. & in Biblioth. fol. 125. Wadding. nullam facit de hoc opere mentionem, licet de Auctore latissimam.

**ANTONIUS Honcalia**, Yanguensis Hispanus Magister, & Canonicus Abulensis, in libro: Pentaplon, Christianæ pietatis instauricon, libro 2. cap. 14. folio 38. inquit de Beata Virgine juxta Crucem: O mulierem fortissimam, quæ quamvis opressa eset amaritudine, inter tot tamen acerbissimas angustias sibi summa modestia constabat, unde nec inconsolabiliter doluit, spes proximæ resurrectionis erecta, nec mente consernata, corporalibusve viribus destituta, ab statu suo cecidit alienum hoc eset ab illa, quæ summa virtute prædicta erat, & in contrariis potestatis terribilis, ut Castrorum acies ordinata, &c. O verè Mater pietatis, quæ nostris miserata labores, in mortem ejus, qui vita est, inculpatè consentis, ut per illum indigni vitæ reviviscant, te prædicente beatam dicant omnes generationes, & inter flores rosarum, & lilia convallium pulcherrimam, spiritus humani, atque caelestes reverenter adorent, &c. Lib. impress. Compluti 1546. in folio.

Item, in Commentariis in Genesim cap. 3. folio 36. inquit: Ipsi conteret caput tuum; ipsa referatur ad mulierem, id est, beatam Virginem, quæ serpentis caput contrivit, non modo, quia Christum maximum illius contritorem, atque validissimum perbeatè perque opportunè genuit: Sed etiam, quia ipsam universos callidissimi tentatoris conurus, supre summa virtute prædicta, sapientissime illusit, superbum que illius caput mirifica comminuit modestia, &c. Lib. impress. Compluti 1555. in folio.

**ANTONIUS de Idiaquez Manrique**, Episcopus Segouensis Hispanus, in certamine à se publicato pro festivitatibus Virginis MARIE de la Fuenclisa, an. 1613. sub Musa Caliope: Prima fuit festivitas purissima Conceptionis Virginis MARIE. Vide Simonem Diaz, fol. 81. Lib. impress. Vallisoleti 1614. in 8.

**ANTONIUS à Lantusca**, Ordinis Minorum Italus, in Arbore reformatæ Provinciae S. Thomæ Apostoli affirmat, quod in prædicta Provincia sunt Altaria Conceptionis quatuor, Ecclesia vero una, sub titulo Conceptionis.

Item, in relatione Provinciæ agit de Conventu Immaculatae Conceptionis de Maei, & de Monasterio Immaculatae Conceptionis Caballarij Majoris, quæ relatio extat apud nos M. S.

**ANTONIUS à Leonc Pinellus**, quondam supremi Indiarum Senatus, & Cameræ à relationibus, deinde verò Hispalensis Consiliarius Regius, in libro relationis festivitatis celebratæ in civitate Limensi in Regno Peruano à Congregatione Expectationis Virginis MARIE Collegij Societas Jesu, pro immaculata Virginis Conceptione librum unum Hispanicè, impress. Limæ 1618. in 4.

Item, edidit poëma singulare de immaculata Virginis Conceptione, impress. ibidem.

Item, in panegyrica oratione de Præsentatione Virginis MARIE, agit de præservatione Deipara à peccatis originali. Lib. impress. Matrii 1651. in 4.

Item, in eruditissimo tractatû, cuius titulus est: El paraiso en el nuevo mundo, lib. 1. cap. 4. agit de Conceptione immaculata Virginis, cuius initium iam typis mandatum est in fol.

Item, habet paratum singularissimum tractatum, cuius titulus est: Annales immaculatae Conceptionis Virginis.

mis MARIE, ab Orbe condito, ad nostra usque tempora.

Item, in Biblioth. sive Catal. Mariano, in quo per 72. Claves, & plusquam triginta appendices, omnes Marianos Scriptores distribuit: Opus insigne, Latino Sermone scriptum, ubi quinque Claves, à septima scilicet, usque ad duodecimam sunt de Immaculata Conceptione Virginis MARIE, ut in hoc nostro lib. pluribus in locis citantur.

Item, in Kalendario Mariano, ubi ad instar Ephemeides Ferrioli Locri, Antonij de Valinghen, & Georgij Colvereri per singulos dies anni, agit de festivitatibus Sacratissimæ Virginis MARIE per totum terrarum orbem celebratis. Ad diem 8. Decembris, agit latè de *immaculata Virginis Conceptione*. Utinam tam insigne opus videat lucem!

Item, in tractatu, cuius titulus est Hispanicè: La Virgen Santissima en Espana, plena de *immaculata Virginis Conceptione* adducit.

Item, in tractatu, quem edere parat, sub titulo: El Patriarcado de las indias, agit de eadem Virginis Deipara Conceptione. Item, in Bullario pro Indico imperio jam prælo parato, tangit sepe Conceptionis *immaculata Virginis mysterium*.

Item, in Musæo Mariano, id est, Catalogo omnium Auctorum, quorum proprium, & speciale assumptum est, agere in toto libro de sacratissimæ Virginis vita, encomijs, miraculis, elogij, excellentijs, ac prærogativis, è quibus jam habet plusquam mille & ducentos de Conceptione *immaculata Virginis MARIE*; referens ferè omnes, qui huc usque scripserunt, & opera typis mandaverunt.

Item, in versione Hispanica Tractatus Aloysij Novarini, Clerici Regularis, de vita Jesu in utero MARIE, agit de *Immaculata ejusdem Deipara Conceptione*. Mediolan. 1636 in 12.

Item, in Compendio devotionum erga Beatissimam Virginem MARIAM, ex varijs Doctoribus, & modis colendi Deiparam selecto, agit de ejusdem *Immaculata*, ac *purissima Conceptione*; quæ omnia supra relata, plena sunt eruditione, & studio singulari.

**ANTONIUS de Leon Poeta Hispanus**, scripsit glossam pro *immaculata Conceptione Virginis MARIE*, ut videre est apud Ferriol. de Conceptione fol. 64.

**ANTONIUS Leite**, Societatis Jesu Hispanus, in Historia de Apparitione, & miraculis Virginis MARIE de la Lapa, &c. lib. 5. cap. 13. fol. 158. inquit: La Virgen MARIA representada na Aurora que sem fe quemar ardia, assi como ella entre o fogo do peccado original feiou sem nodos alguna em sua Concepcion, et no tempo do parto con sua Virginidade, sem alguma corrupçao, &c. Lib. impress. Conimbricæ anno 1639. in 8.

**ANTONIUS Liperius**, Ordinis Clericorum Regularium Hispanus: Lecciones sacras sobre aquellas palabras de que la Iglesia usa en el Ofertorio de la Missa de Difuntos: Domine Iesu Christe, &c. lectione 13. n. 16. fol. 153; inquit: La Virgen soberana, con todas y qualequier obras, saõbeis lo mucho que alcançava de gracia, y de derecho para la gloria, y con todo con ninguna delas satisfacia por si; no porque las obras no fueren satisfactorias, como eran meritorias; sino porque como no avia cometido peccado alguno, actual, moral, ni venial, ni contraido tampoco el original, no tenia necessidad de satisfacer por si, &c. Lib. impress. Cesaraugusta 1632. in 4.

**ANTONIUS de Livorno**, Ordinis Minorum Italus,

Italus, in Cosmographia Seraphica, fol. 30. ait: *Quod Virgo MARIA non contraxit peccatum originale: in una conclusione, seu Polo. Lib. impress. Romæ anno 1661. in 4.*

**ANTONIUS** Litterius à Castellucia, Ordinis Minorum, in Theorematibus super oratione Dominica, Theor. 802. & 803. inquit: *Qui natus est de Beata Virgine MARIA, que ab oīm peccato, ob Dei particularem protectionem, immunis fuit. Qui natus est de MARIA Virgine, que ex gratia inclinatione omni peccato vacavit, &c. Vide alia ibi impress. Neapolit. 1580. in 8.*

**ANTONIUS** de Lor, Ordinis B. MARIE de monte Carmelo, Gallus, in Sermonibus Adventualibus à fol. 226. usq; 247. adducit Sermonem pro Immaculata Virginis Concepcion. Lib. impress. Tolosæ anno 1623. in 8.

**ANTONIUS** Lupian Zapata, Hispanus, in libro: Epitome. España primogenita del mysterio de la purissima Concepcion de nuestra Señora. Cap. 1. de la venida y predicacion del Apostol Santiago à España. Cap. 2. Predica el Apostol Santiago el mysterio de la purissima Concepcion à los Españoles. Cap. 3. Que el mysterio de la Concepcion de nuestra Señora lo aprendio el Apostol Santiago de Christo Señor nuestro. Cap. 4. En que se prosigue el antecedente. Cap. 5. Que la fiesta de la purissima Concepcion de nuestra Señora quedó en los M. Iales, desde la Predicacion del Apostol Santiago. Cap. 6. En que se prosigue el antecedente. Cap. 7. Que tambien los Sagrados Apostoles S. Pedro y S. Pablo predicaron en España este mismo mysterio y fiesta de la Concepcion de N. Señora. Cap. 8. De las muchas inscripciones que de la Concepcion de nuestra Señora permanecen en algunas lapidas. Cap. 9. De otras lapidas que tienen este mismo mysterio. Cap. 10. De muchas Iglesias que estan fundadas en España del titulo de la Concepcion de nuestra Señora. Cap. 11. De otras muchas imagines de la Concepcion de nuestra Señora que ha manifestado el Cielo. Cap. 12. De la imagen de nuestra Señora de la Concepcion de Bivar del Cid cerca de Burgos, y de su aparicion milagrosa. Cap. 13. De las memorias de la Concepcion de nuestra Señora que permanecen en los Martyrologios de Espana. Cap. 14. Que prosigue la antecedente. Cap. 15. De las memorias que de este sagrado mysterio se allan en algunos Breviarios de Espana. Cap. 16. De las memorias que se allan del mysterio de la Concepcion en los privilegios y escrituras antiguas. Cap. 17. Que prosigue la antecedente. Cap. 18. De las muchas memorias que se allan de este santo mysterio, en las vidas de los Arquibispes de Toledo. Cap. 19. De algunas Bulas que han expedido algunos Summos Pontifices à Espana que confirmian la mucha devicion que siempre tuvieron los naturales à este santo mysterio. Cap. 20. En que se averigua el año en que empezo la opinion contraria. Cap. 21. En que Santo Domingo de Guzman, Patriarcha de la Orden de Predicadores, defendio la contraria del Obispo Esteban. Cap. 22. Que los naturales Espanoles se opusieron à la doctrina contraria, defendiendo la purissima Concepcion de nuestra Señora. Cap. 23. De las memorias que se allan en algunos Concilios del mysterio de la purissima Concepcion de nuestra Señora. Cap. 24. De las Cortes de Barcelona, en que ponen silencio à los contrarios con pena.

de destierro. Cap. 25. En que se prosigue el antecedente. Cap. 26. De los favores que hicieron los Sumos Pontifices à los Espanoles en orden à este mysterio. Cap. 27. En que se prosigue el antecedente. Cap. 28. Del Concilio Tridentino, que no fue su intencion comprehendere à MARIA santissima en el pecado original. Cap. 29. De la aprobacion de los demas Sumos Pontifices. Cap. 30. Que prosigue la antecedente, y el alborozo grande que tuvo Espana de que el Sumo Pontifice, y la famidad de Urbano octavo favoreciese la devicion de este santo mysterio. Cap. 31. De los Espanoles que han escrito del mysterio de la purissima Concepcion de nuestra Señora. Cap. 32. De algunos milagros que han experimentado los devotos de la purissima Concepcion de nuestra Señora. Cap. 33. De otro continuo milagro que experimentan los devotos de nuestra Señora en el Hospital de San Antonio de Perpiñan.

Item, Elogios à las Religiones Regulares perfectas à la Concepcion de nuestra Señora. La de S. Benito, S. Bernardo, S. Bafilio, S. Augustin de Canones Regulares, con todas sus familias, Promonstrante, la Carthuxa, S. Augustin Ermitanos, S. Jeronimo, la Trinitad, la de S. Domingo, S. Francisco, nuestra Señora de la Merced, los Servitas, los Minimos, la Compañia de Jesus, el Carmen, el Orden de Santa Brigida, la de S. Juan de Dios, Clerigos Menores, y los Teatinos.

Item, Elogios à las Ordenes Militares por affición à la Concepcion de nuestra Señora. La de Santiago, los Templarios, Alcantara, el Hospital de Jerusalem, el Santo Sepulcro, la de Montesa, la de S. Juan, la de Christo, la del Tuson.

Item, Elogios à las illustres familias affectas al mysterio de la Concepcion de nuestra Señora. Los Reyes de Espana, el Almirante Henriquez de Cabrera, la cassa de Velasco, la cassa de Mendoza, la de Medinaceli, los Condes de Lemos, el Conde Duque de Olivares, cassa de Guzman, Duques de Bejar, los Duques de Avero, Vizcondes de Rochavarti, los Condes de Salinas, los Duques de Cardona, la cassa de Moncada, la cassa de Oñorio, Marqueses de Astorga, los Duques de Medina Sidonia, los Duques de Ixar, los de Castelui en Cataluña, los Señores de la familia de Crespi, los Señores de Rocaful, los Señores de la familia de Pons en Cataluña, los Señores de la familia de Ximenez y Urrea, los Señores de la Pafia de Exa en Aragon, y la cassa de Lupián, los Condes de Oñate. Quae omnia sunt disposita ad prælum apud eundem Auctorem Matriti.

Item, scripsit super Chronicon Hautherti Hispaniæ, Benedictini, de quo suo loco sub extant quinque auctoritates pro immaculata Virginis Conceptione, ut ipse affirmat in indice suorum operum, num. 1.

**ANTONIUS** de la Magdalena, Ordinis Minorum Hispanus, in festivitatibus purissima Concepcionis Virginis MARIE. Domine nostræ, in Conventu Sancti Francisci Salmanticensi celebratis, Sermonem, impressum Salmantice 1619. in 4.

**ANTONIUS** Mancinellus Voliternus, Italus, in libro decem Sermonum, in Sermonibus de Assumptione Virginis MARIE, vocat ipsam sencl, & interrum Immaculatam, & intermeraram. Et titulo 9. sermone 1. inquit: Ipsa ergo dignissima cum Filio regnare, cum corpore etiam ad cœlum assumit, quia

qui putredo, & vermis huināe opprobrium conditionis, à quo certe MARIA naturā excipitur, quam Jesus de ea assumptissime probatur, &c. Ex his verbis potest deduci, quod Auctor iste vocavit Virginem MARIAM Immaculatam per ordinem ad culpam originalem, & qua fuit exempta. Argentorati 1610. in fol. & in N. Bibl. tom. 2. fol. 780.

ANTONIUS Maria Gallus Picenus Auximanius S. R. E. Cardinalis, omni qua potuit efficacia instituit apud Paulum V. Pontif. Max. ut *Immaculatae Conceptionis Domine nostra mysterium de fide declararetur*. Vide Marrac. in Purpura Mar. fol. 34.

ANTONIUS Maria, Italus, & Episcopus Amerinius in Diecesana Synodo, *Præcepit observari Conceptionem Immaculatam Beatae Virginis MARIE*. Vide verb. Amerina Ecclesia.

ANTONIUS Marinarius, Ordinis Carmelitarum Procurator Generalis, in libro Consonantia IESU CHRISTI, & Prophetarum §. Christum è Virgine nasciturum, folio 42. post plura alia, inquit: Porro perpetuam MARIE Virginitatem adumbravit para illa, & velut Virginea terra, ex qua primus Adam formatus est, qui erat typus futuri, &c. eam etiam vocar puram, atque mundissimam. Lib. impress. Parisiis 1541 in 8.

ANTONIUS Marsilius Columna, Archiepiscopus Salernitanus, Italus, in Constitutionibus Synodalibus observandis in Palatio Archiepiscopalii, præcepit, ut observara se fuisse Conceptionis Immaculatae Virginis MARIE. Vide verb. Salernitana Ecclesia.

ANTONIUS Martinez de Azagra Canonicus Calaguritanus, Hispanus, in libro, cuius titulus est: Camino à la unión, y comunicación con Dios, fol. 232. *A la Concepción puríssima de MARIA*, caput unum, impress. Compluti 1630. in 8.

ANTONIUS Martinus de Salamanca, Hispanus, dispositus, & composuit ordinem recitandi officium divinum in die Conceptionis Virginis MARIE, quod Leo X. motu proprio approbavit. Roma per Antonium de Bladis de Alula 1520. in 8.

ANTONIUS de Medina, Ordinis Minorum Hispanus, in Itinerario Terræ Sanctæ cum statib. & mysterijs à Petro Vonsanti Italico Italicè translato, fol. 58. de Conceptione Immaculata Beatae MARIE Virginis, & loco ubi fuit concepta.

Item, fol. 147. de domo B. Anna, ubi Beata Virgo MARIA nata fuit, quam Mauri venerantur, ac immaclatam prædicant. &c. impress. Floren. 1590. in 4.

ANTONIUS Mellus de Crema, Perusinus Ordinis S. Augustini, Italus, in Scala Paradisi correcta, ac disposita per R. P. Hieronymum Gratum de Cremona p. 1. cap. 6. folio 23. Quod Virgo MARIA nullum fecit peccatum, ideoque Augustinus de ipsa autem Cunctis peccatis agitur, &c. Lib. impress. Cremona anno 1611. in 4.

ANTONIUS de Mendoza, Eques Sancti Jacobi, & Secretarius Regius Hispanus, Poëta, scripsit vitam Beatae Virginis MARIE absque originali peccato, &c. in qua de Immaculata Deipara Conceptione plura, & subtilia, & inter alia, inquit:

*En la Concepción tan pura  
Que el legislador supremo  
Para todos hizo leyes  
Y para vos privilegios.  
En tu ya valiente imagen  
De Dios pincel sin defecto  
Son todas las gracias sombras  
Son todas las culpas lejos.*

Vide ibi alia, extat manuscript. in Biblioteca D. D. Ant. de Leon in 4.

ANTONIUS de Mendoza Escobar, Hispanus, in lib. sic inscripto: Historia de la Virgen Madre de Dios MARIA; desde su purísima Concepción sin pecado original, hasta su gloriosa Assumption, &c. est Poëma heroicum Hispanum; & cantus 3. est de immaculata Conceptione Deiparae à fol. 19. usque 34. Lib. impress. Vallisoleti 1618. in 16.

Item, in lib. dicto: Nueva Hierusalem MARIA, cant. 1. de *Immaculata Conceptione MARIE absque peccato originali*, à fol. 24. usque 37. Lib. impress. Vallisoleti 1625. in 16.

ANTONIUS de Mena, Carthusianus, in libro dicto: Les celestes penitentes & richesses de l'Amé, &c. beneficio 2. fol. 66. Quod Virgo MARIA fuit post Christum; ut nobilior & excellenter præ omnibus creaturis tam mundi quam cœli propter privilegium gratiarum & privilegiorum à Deo receptum; cognita, electa & prædestinata à tota eternitate &c. vocatque ejus puritatem immaculatam, &c. impress. Parisiis 1619. in 4.

ANTONIUS de Mijangos Bravus de Sobremonte, Hispanus, in libro: Trabajos, que padecio la Virgen Santissima en vida, y muerte, y passion de su hijo, bien, y Señor nuestro, &c. Trab. 14. folio 133. *Vocat Virgem MARIAM purissimam*, &c. Lib. impress. Matrii 1642. in 16.

ANTONIUS Mirandula de Bononia, Canonicus Regularis Italus, in libro: Autore Mariali, de *Immaculata Conceptione MARIE Virginis*, discursum, seu Sermonem. Lib. impress. Bononiæ 1629. in 4. à fol. 1. usque 32.

ANTONIUS Molloy, Hybernus Ordinis Minorum, in disput. de Incarnatione, conclus. 15. ait: *Quod in B. Virgine non fuit peccatum originali*, &c. Lib. impress. Graeci 1645. in 4.

ANTONIUS de Molina, Ordinis Carthusianorum Hispanus, in lib. de Oratione mentali tract. 2. medit. 2. puncto 3. fol. 443. inquit: El segundo, que fue preservada de Dios con singular gracia, y prevencion para que no incurriese, ni le tocase la manchada de peccado original, en que avia necessariamente de incurrir por ser hija de Adan, &c. Burgis 1621. in 4. & alibi.

Item, invenio citatum Antonium de Molina pro *Immaculata Conceptione B. Virginis* in suo Rosario; an vero hic fuerit jam relatus, vel alter distinctus, nec scire, nec invenire potui.

ANTONIUS de Monelia de Liguria, vel Januensis, Ordinis Minorum Italus, in lib. inscripto: Sursum corda, torn. 2. lib. 4. de pertinentibus ad divinum cultum, cap. 22. num. 3. inquit: Virgo ergo MARIA quatuor circulos divina sapientia mirabilia opera in semetipsa recepit. Primus est, preservatio à peccato originali; fuit enim immunissima ab omni peccato Cantic. 4. Tota pulchra es. Secundus circulus est, præservatio corporis ab incineratione. Tertius, gravidatio sine corruptione. Quartus, parturitio sine Virginitatis detimento, &c. impress. Bononiæ 1522. in 4. extat etiam in nostra Biblioth. tom. 3. fol. 332. Vide alia ibi, præcipue in principio, ubi ait: Ligna Setim ex quibus compacta est Virgo, sunt anima, & corpus; anima enim ejus imputribilis fuit, quia nullam spirituialis peccati sensit putredinem, &c.

ANTONIUS de Morales, Societas Jesu Hispanus, elaboravit Cantiones in festivitate Immaculatae

Con-

# III Militia universalis pro pia sententia

*Conceptionis Virginis MARIE.* Ita Hippol. Marrac. in Bibliotheca folio 127. & in Catal. ad annum 1641. de quo etiam mentionem facit P. Alegambe. folio 4.

**ANTONIUS** Naldus Faventinus, Italus, Clericus Regularis, de *Conceptione Beatae MARIE semper Virginis*, ex constitutionibus novis: verbo Prædicare, in Summa seu resolut. pract. Romæ 1635. in 4. & 1630. in 4.

**ANTONIUS** Navarro, Ordinis SS. Trinitatis Hispanus, in Abecedario Virginali excellentiarum SS. Nominis Deiparæ, cap. 12. ait: Quod in nomine Deiparæ continentur quinque specialia privilegia ejusdem Virginis: probat immunitatem, ac præservationem à peccato originali in ejus sanctissima, ac Immaculata Conceptione à fol. 111. usque 123. Lib. impress. Matrii 1604. in 4. vide etiam, fol. 104: de MARIE præservatione à peccato originali.

**ANTONIUS** Navarrus Lerensis, Ordinis Prædicatorum, tomo 1. Sermonum de Sanctis, folio 47. in Sermone de *Conceptione Beatae Virginis*, sic inquit: Hodie itaque Beata Virgo hoc bonum omnium aliorum bonorum primum accepit, vide-licet esse. Deinde non solum primum sui esse na- turæ suscepit, sed insuper sanctificationem quandam, & prærogativam singularem hanc sortita est, ut infectionis communis originali peccati expers conceperetur, quamvis cum viris hisque sanctitate, & doctrina præstantibus alter sentiam pro nunc vero cum multis, ut conniveant multæ populorum turbæ ali- ter loquar. Vulgi etenim, eti pœnitentia hoc non attingat, audiens tamen, quod absque originali labo genita Deigenitrix fuerit, edificatur magis, majoremque sibi dévotionem conciliat; & ut acclamatores assertionis hujus (est) quod jam sive per invidiam, sive per contentionem, vel assentationem plebis eam prædicent) graves qualidam, & ef- ficationes rationes habeant, quamquam ridicula, interdum aliqui adducere in omnium suggestu so- lent. Dominicani enim, quamvis in hac opinione sicut in ceteris omnibus, miram Divi Thomæ eruditio nem profiteamur usque ad mortem; non tamen ignoramus maiores vires, quibus corroborari queat sententia altera; possumus etiam de ea si volumus, aliquantulum sapienter effari cum sa- pientibus adversæ partis Défensoribus. Ut autem radicatus, & plenè agnitus beneficium hujus puritatis *Conceptionis Virginis* multò pluris à cunc- tis fiat, scitote quod homo ex natura sua habet, quod sit passibilis, &c. Deinde præservationem Virginis MARIE à peccato originali, ejusque im- munitatem probat rationibus, auctoritatibus, ac congruentia latissimè quidem, & eruditè. Deniq; folio 60. adducit alterum Sermonem de *Conceptione Beatae Virginis*, qui incipit: Quoniam in precedenti Sermone satis profuse egimus, quam immuni- tate originis fuerit Immaculata Virginis Matris *Concepcionis*, nunc qui utiliori plebi fructui afferendo intenditis, nonnullas, & solutas quidem super ho- diernum Evangelium annotationes suscipite, &c. Quæ omnia reperies à fol. 45. usque 73. Lib. impress. Matrii 1593. in 4. Nolui hujus Auctoris omnia transcribere verba, quia latissima sunt, & liber communis est.

Item, Serm. de Purificat. inquit: *Sola Beata Virgo est, quæ peccati immunitas predicitur, & ex privilegio singulari Spiritus Sancti gratia prævenita, decantatur immaculata, & Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te.*

**ANTONIUS** de Nebrja, Regius Historiographus Hispanus, in libro *Segmenta ex Epistolis Pauli, Petri, Jacobi, Joannis, nec non ex Prophetis*, quæ in re divina leguntur per anni circulum, & de *Epistola pro Conceptione Virginis MARIE*: ad illud Proverb. cap. 8. In omnibus. Impress. ab his anno & loco impressionis, in 4.

Item, in libro de *Hymnorum recognitio*, & in orationibus, quæ in universali Ecclesia decantantur, ad diem 8. Decembris, adducit orationem pro festivitate *Conceptionis Virginis MARIE*. Impress. Granatae 1557. in 4. & 1567. & 1539. etiam in 4. & 1549.

**ANTONIUS** Olivan de Maldonado, Carmelitanus, in libro dicto: *Gobierno moral del alma*, reformador de vicios, y instruidor de virtudes, & disc. 20. §. 2. fol. 451. ait: *Quod Virgo MARIA pre- servata fuit à peccato originali, latissimè usque ad fol. 634. ita ut potius sit tractatus.*

Item, tom. 2. in conceptibus prædictabilibus ad diem 8. Decembris: *In festivitate purissime Conceptionis Virginis MARIE*. Impress. Barchinone 1623.

**ANTONIUS** Olivano, Canonicus Cadurecensis, in Kalendario perpetuo ad divinum officium quotidie recitandum, ad diem 8. Decembris, semper adducit festum *Conceptionis B. MARIE V. deplex maior*. Lib. impress. Cadurci 1626. in 8.

**ANTONIUS** Orierius, Bibliopola Iauueniensis operibus Thomæ ab Argentina recognitis, & typis mandatis, in 3. lib. sententiarum dist. 3. quart. 1. An Beata Virgo fuerit concepta in peccato originali? ait. 1. talis præfixit resolutionem. *Quod hand fnerit impossibile B. Virginem ab originali peccato præservasse, congruit bonitati ejus, & maximè dum hoc ipsum peregrisse; & licet ipsa actuali culpe nunquam subiacuerit, duæ tamen de ipsa feruntur sanctifications, quarum neutra alicuius vitij ligamen fuit, seu extirpatio, sed potius ad decorum, & venustatem, nec non meritorum cumulum sibi exhibita fuere.* Lib. impress. Genue 1585. in fol.

**ANTONIUS** Ortiz, Hispanus, in libro: *Rela- cion de la venida de los Reyes Catholicos al Col- legio Ingles de Valladolid en el mes de Agosto de 1600. y la colocacion y fiesta hecha en el mismo Collegio de una imagen de nuestra Señora, mal- tratada de los hereges, &c.* part. 2. folio 18. depicta fuit Virgo MARIA caput serpentis conterens, & folio 31. in Carmine gratulatorio, inquit:

*Salve labé carens, intacula puerpa salve  
Iana Cælorum, Virginemque decus, &c.*

Alia quamplura pro hoc assumpto invenies ibi. Impress. Matrii 1600. in 4.

**ANTONIUS** de Paetis, Ordinis Minorum, in Viridario Concionatorum civitatis Hierusalem triumphantis, &c. pro festo *Conceptionis Virginis MARIE* adducit indicem concionatorum. Lib. impress. Venetiis 1617. in 4.

**ANTONIUS** Paduanus, vel Ulyssiponensis, Religionis Minorum Sanctus, ac natione Hispanus, Serm. in Parasceu, litt. C. fol. 112. à tergo inquit: Illusus etiam fuit ab Herode, vnde dicitur Luca 23. Sprevit autem illum Herodes cum exercitu suo, & illusit indutum ueste alba. Dei filius spernitur ab Herode vulpi; Ite, inquit, Luca 13. dicite vulpi illi, & ejus exercitui, cui Angelorum exercitus voce proclamat, Sanctus Dominus Deus Sabaoth; cui, vt dicitur Daniel. 7. Millia millionum, & decies

& decies centena millia, afflstant, & ministrant, & illusit (inquit) induit ueste alba, id est, carne ab omni labe peccati munda, à Virgine Immaculata sumpta. Deus Pater filium glorificavit, quem Herodes sprevis; Pater teste alba induit, & Herodes illusit induit, &c. Si Christus assumptus carnem ab omni labe peccati mundam, à Virgine Immaculata ministratam, igitur in Virgine Immaculata fuit illa caro ab omni labe peccati munda; ergo absque peccato originali.

Item, serm. 2. Dominicæ 5. post Trinitatem, fol. 202. inquit: Item, tertio thronus dicitur B. MARIA, unde Eccles. 24. Ego in altissimis habito, & thronus meus in columna nubis; quasi dicat: Ego in altissimis habito, apud Patrem elegi thronum, &c. in paupercula matre; & nota, quod dicitur columnæ, quia nostram fragilitatem sustentat; nubis, quia à peccato immunis. Hie thronus fuit de ebore, quia MARIA fuit candida innocentia, frigida sine libidinis ardore. Lib. impress. Parisiis anno 1521. in fol. 8. apud Badium, & Parisiis anno 1541. in fol. Si vocat Virginem à peccato immunem, atque candidam innocentiam, sequitur quod fuerit immunis ab originali, & candida, atque innocens à primo sitæ Conceptionis instanti; non enim poterat dici immunis à peccato, si originale contraxisset: neque candida innocentia, si illam iustitiam originalem, quæ communiter innocentia vocatur, perdidisset.

Item, serm. 5. in Passione, fol. 218. secundæ impressionis, ad illud: Intravi domum tuam, inquit: Advertendum, quod hoc dictum Salvatoris solum tenet de illis, qui debitores fuerunt, non de illis, qui fuerunt ab hiusmodi debito præservati, sicut qui fuerunt sanctificati in utero, de quorum numero fuit Beata Virgo; tales enim plus diligunt, quia majus beneficium recipiunt, &c. & ad marginem habet: Beata Virgo MARIA à peccato præservata. Alias quamplures auctoritates extrahere poteramus ex operibus S. Antonij; sicut faciunt multi scribentes de Conceptione; consulebant tamen illas relinquimus, quia iudicamus has esse efficaciores; unum tamen advertere licet, quod hoc Ordinis Minorum lumen & deus citatur ab Auctoribus opinionis adversæ contra Conceptionem Virginis MARIE, cuius tamen verba post exactam diligentiam factam invenire non potuimus, inveniuntur tamen in S. Antonino Florentino, Ordinis Prædicatorum. Vide nostrum Solem Veritatis primæ & secundæ impressionis, ubi latè agimus de eis.

ANTONIUS Paganus, vel secundum alios Marcus Antonius Venetus, Ordinis Minorum Italus, in libro: Le Rime Spirituali, ad finem à folio 266. habet ad laudem Virginis MARIE Cantiones 15. & in prima, sic inquit:

Tu benedicta fra le scosciute  
Done, è han per el paterno antico errore  
Humidi gli ocbi, è dal divin furore  
Furon soggette à dura servitute, &c.

Et infra: vocat MARIAM, rosam, & lilium, absque spina, puram, intactam, &c. Vide ibi lib. impress. Venetiis 1570. in 4.

ANTONIUS Palumbus, Ordinis Minorum Italus, fecit sequentia: B. MARIE V. Immaculata Concepta, ab omni culpe contagio præservata, Christianos à peste liberanti, mundi Reparatrix Neapolis, & Cosentia Liberatrix, ac Protectrix. Hoc devotionis exiguum munus iterum consecrat;

In Conceptione tua Virgo Immaculata fuisti;

Anagramma pura ex dicto positivo.

Invicta vincor; ac tui Pestilentiam ROMA, fugor;  
Cæpolis Civitati, ac minuto cum REGNO favit;

O ito fugat, perimit Luem, si ihnocua invocara;  
rtam Pestilentiam fugo; ac vi non victa vici.  
on ingratit vitam sulce: o mitius accipe vota;  
ontagia, aut Pestem filiorum, invicta, vinco.  
E n sic Contagium influit; at pro te, Amica, vivo.  
ugna ò MARIA, cùm COSENTIA Filii tuti vocant.  
u imminis (peccato vinco) nova Filia Gratiae.  
nimici mala fugat Protecțio ejus: nunc vota.  
riginale peccatum à vitio non fuit cum ista.  
N unc fugo, projicio à te, sat tutu inimica, Luem.  
n in tuto: piè fugatur à Scoto inimici macula.

H uil cùm Filij vocant: o amans invicta protege.  
nigenita Filia Puritatis cuncta commoveo.  
A t si inimici Contagia flunt, te puram evoco.

V i mala invicta fugo; ac pro me tibi CONSENTINI,  
tutæ, o NEAPOLIS, cùm Contagia forti manu vici.  
isit in fuga peccati: o metu malo vi non victa!  
R atiam cùm citò voces, non paveant Filii tui.  
O mnes inimici fugiant à Prole tua, ac tuo ietu.

I tuta, o vita mea, procul inficiens Contagium;  
etuiens vivat: vi profigo inimica contacta.  
ortale nunc vitæ Contagium ivit; ipsa facio.  
mica sit; en tui: Procul fugite nocivæ omnia.  
C ontagium mortis, vitæ vitale nunc pia facio.  
U ocavit MARIAM: nunc Pestilentia citò fugio.  
L ugent impii o, tunc invocata, vitam reficias,  
T lége communis non fui prostituta; ac ita vici.  
A u tutæ, o Scote, in Unica, profuga inimici mala.  
A ecipit vota: malum fugavit, non reijcit nos.

F acit, nè Orei, & Malo Contagium vivos puniat:  
U ota accipio infirmi: Luge, & tunc vitam sanò.  
I nvocata: citò Pestilentiam vi fuga in Orcum.  
S ancto Electuario, vani inimici potum fugat.  
T ua an sola Protecțio vicit? en fuga inimicum?  
I privilege intacta; fove nos, vitam cunctam.

Sancta es Dei Parens, et in Conceptione Immaculata.

Anagramma purum.

En Neapolis Amicam invocat. Nunc ergo (ait) recedat pestis.

Sanctissima Dei Mater MARIA sine peccato concepta.

Anagramma purum.

En pestem arceret. Jam dic Cosentia: sis Amica Patria.

Conceptio illibata MARIE Virginis et Matris.

Anagramma purum.

Cosentiam rare protegit illa ab inimicis vitæ.

Virgo, et Mater, purissima, atque illibata.

Anagramma purum.

Abigit, pellitque tuę mortis auras MARIA.

Immaculata Conceptio Beatissimæ Virginis Marie.

Anagramma purum.

Sic meritò pestilentiam in ima cogis abire vaciam.

MARIA Virgo Sanctissima, & sine labe Concepta.

Anagramma purum.

En nongravabit Peccis te, Amica carissima Cœlo.

MARIA

H

MARIA Sanctissima Virgo, et sine crimen concepta.

Anagramma purum

Innocuis armis inimica Contagia terres, ac Pestem.

In conceptione tua Virgo Immaculata fuisti.

Anagramma purum.

Sic innocua, vitam fulcit: a te omnia protegit.

MARIA Immaculata.

Anagramma purum.

Jam, jam mala curat.

Aliud.

Jam Miracula amat.

Aliud.

Tam mala Arma vici.

Aliud.

Tu alma, amica, mira.

Sancta Maria Conceptio.

Anagramma purum.

Et mire peccata non scio.

Aliud.

Ecce Pestis omnia contraria.

O MARIA sei Concetta senza peccato Originale.

Anagramma purum.

Ecco Cosenza si eterna: è mia: Parta il Contagio.

Impress. Cosentiae anno 1557. in charta expansa.

ANTONIUS Pasqualis, Ordinis Minorum Hispanus, part. 3. Philosophia spiritualis, de oratione mentali, & via unitiva, & activa, platica 6. fol. 47. ait: Quod Sacratissima Virgo MARIA fuit Concepta ab igne peccato originali, &c. Lib. impress. Valentiae anno 1611. in 4. & 1622. etiam in 4. Vide explicationem salutationis Angelicæ, à fol. 43, sub titulo; Platicas, y exercicios espirituales.

ANTONIUS Paulus, Ordinis Prædicatorum Italus, in libro: Concetti scritturali, in torno alla desiderata historia de gli stupendi miracoli della Madona del Sasso di Casentino, &c. Pro puritate Virginis MARIE, ejus immunitate a peccato, innocentia, & omnimoda gratia, dicit & affirmit quidquid excogitari potest in hac materia; salvo, quod nunquam exprimat, fuisse conceptam absque originali. Vide totum librum impress. Florentiae anno 1627. in 8. Ex hoc etiam Auctore colligitur, quod non omnes Scriptores Ordinis Prædicatorum sustinuerunt opinionem contrariam, ut aliqui moderni inconsiderare affirmant.

ANTONIUS Perez, Ordinis S. Benedicti Hispanus, & Episcopus Vrgellenis, in libro dicto: Authentica SS. 4. Evangelistarum, part. 2. super Epistol. ad Roman. controv. 2. cap. 21. à fol. 201. usque 207. ait: Quod ex omnibus filiis Adæ, sola Virgo MARIA fuit ab omni peccato originali exempta.

Item, ibidem ait: Quod in sua conceptione superavit diabolum calcaneo illius insidiantem, quod Christus Dominus fuit Salvator Virginis singulariter, quatenus redemit in pace animam ejus ab his qui appropinquabant, utique a peccati labore, & interisse originali animæ jam cadentis, &c. Impress. Lugduni 1626. in 4.

Item, quod MARIA sola ab originali peccato fuerit excepta, quodque ejus præservatio sit opus solius Dei; ibidem, num. 248.

Item, in Laurea Salmantina certam. 4. expositiō, scilicet: An Joannes Baptista fuerit inter omnes major? cap. 3. fol. 133. num. 37. columnæ 2. in principio, inquit: Excipiunt etiam ab eodem elogio Deiparam, non solum, quod (ut Galatinus

ubi supra probat ex Gregorio Nazianzeno, ex Gregorio Nysseno, Basilio, Chrysostomo, & Damasco) non fuit prolapsa in originali canæ, ac proinde nec computanda inter natos mulierum, qui surrexerunt, &c. Impress. Salmanticae 1604. in fol.

Item, in lib. dicto: Authenticæ Fides Matthæi controversijs Catholicis agitata, pariterque discussa, &c. cap. 85. & Matth. 6. vers. 9. fol. 382. num. 38. inquit: Licet non sit homo, qui non peccet, saltem Deiparam scimus & verè credimus immunem a peccatis, ex speciali quidem privilegio Dei, &c.

Item, in indice annotationum ad conciones festo Immaculatae Conceptionis Deiparæ, adducit indicem concionatorium. Lib. impress. Barchinone 1634. in fol.

Item, in lib. Serm. de Sanctis; de Conceptione Immaculatae Domine nostre, habet Sermonem à fol. 37. usq; 46. Lib. impress. Metinæ à Campo 1603. in 4.

Item, in Sermonibus Quadragesimalibus ad dies 8. Decembri, de Conceptione & Nativitate SS. Virginis indicem concionatorium. Lib. impress. Valli soleti 1619. in 4.

ANTONIUS Perez, Societas Jesu Hispanus, elaboravit pro Conceptione incontaminata Deiparæ Virginis tractatum unum, de quo Pistoia in MARIA triumphante, corona 2. cap. 6. fol. 156. num. 69 & alii plures.

ANTONIUS Philotheus de Homodeis, Juriconsultus Siculus, scriptis circa Decretum de peccato originali, & exceptione Immaculatae Virginis MARIE genitricis, in compilatione Decretorum & Canonum Concilij Tridentini. Lib. impress. Venetiæ 1573. in 8. fol. 84.

ANTONIUS Pichoi, Episcopus Salutarium, statutis Synodalibus anno 1585. ab ipso editis, ad diem 8. Decembri, inquit: Festum Conceptionis gloriosæ Virginis MARIE, quod observari volumus, non quia Ecclesia nostra sub ejus nominis memoria est dicatas, tum quod SS. Patres in conclusione sacri Concilij Tridentini, solemnem hunc diem habuerunt. Ita fol. 119. Lib. impress. Caramagnolia anno 1585. in 4.

ANTONIUS Pinedo de Padilla, Poëta Hispanus, in quadam Cantione de Conceptione Virginis, sic inquit:

De la paloma Trinitaria ha avido

Quien cante en su paiza mil canciones.

Exstat impress. in tractat. R. P. Joannis Redondi, Hispali 1616. in principio.

ANTONIUS Piquer, Societas Jesu Hispanus, in Diario sanctissima Virginis MARIE P. Antonii Balinghen, Hispanice traducto, à fol. 363. de Immaculata Conceptione habet plura. Lib. impress. Cesar Augustæ anno 1654. in 4.

ANTONIUS Pocqueti, Cœlestinus Gallus, scripsit plurimos Sermones, inter quos sunt sequentes de Immaculata Conceptione: Sermo primus incipit: Quam plantavit ab initio & ante sæcula, dignitate & præfinitione, &c. Secundus Sermo de eadem, incipit: Cœlesti posteris clauserat oratorium, protoplastorum temeritas, &c. Tertius Sermo, de eadem Conceptione: Non vidit ortum surgentis auroræ, non originalis culpæ, tantæ donum Dei, &c. Quartus Sermo, de eadem Conceptione, incipit sic: Nihil est, quod æquæ devotos delectet post suavem Christi memoriam, &c. Quintus Sermo: Universæ terra fundatum exultatione sanctificavit catenus tabernaculum suum Altissimum, &c. Sermo sextus:

Ab

Ab extero præcœcta , parata est incarnanda Dei sapientie fides perennis , &c. Sermo septimus : Egregium sibi folium præparavit in misericordia , &c. Sermo octavus : Impudenter nimis gloria nostra crimen conantur inferre , &c. Sermo nonus : Verba iniquorum prævaluerunt super nos , bonum obedientie malum , &c. Sermo decimus : Defecrunt scrutantes scrutinio , & evanuerunt in cogitationibus suis , &c. In quibus omnibus acerrimè propugnat *Immaculata Virginis Conceptionem* suntq; manucripti Parisiis apud Coelestinos , & apud nos dispositi ad prælum , Deo dante , hoc anno cum aliis Opusculis.

**ANTONIUS** Politus de Colle Mancio , Ordinis Prædicatorum Italus , in libro , de Suprema felicitate coeli , libro 3. à cap. 7. usque 16. inclusivè agit de Virgine MARIA , quam psalm vocat pulcherrimam , param , & immaculatam . Deinde habet , que sequuntur pro immunitate Virginis MARIE cap. 7. Che essendo l'anima de la Vergine , la più excellede tutti l' altre creature ( ecettuando però de Christo JESU ) ne sigue meritamente che lo corpo suo primamente fusse bellissimo , è perfettissimo sopra tutti gli altri corpi , che mai si trovarono nell' Univerlo , &c. Cap. 8. Anzi piamente potremo & senza errore di fede tenere , che nella sua creatione l'anima sua excellensissima havesse da Dio infiniti rale sperie , è similitudine delle cose : non mi parendo che tal dono minco se gli convenisse che Adamo , &c. Invenisti gratiam apud Deum . MARIA non titubare , è non valer temere d'havere da esser Madre di Dio perche hai trovato grazia a preso de lui . Li quali parole non ci danno adintendere che ella venisse prima nell' effetto de la gratia , essendo esso Angiolo stato prima creato con la gratia dal principio del mondo : mà le disse hai trovato : perche ella fu la prima a recuperare al humana generatione , la gratia perduta ; il che no fece giamai Adamo , &c. Et cap. 9. Quanto a questo dono de la Profetia , ella traspolò di gran lunga Abramo , Giacob , Môlè , Davitte , Itaia , Geremia e tutti gli altri Propheti che mai sonno stati o saranno . Hebbe etiandio la cognitione dello stato della giustitia originale , non meno di Adamo ( anzi assai più ) anchore che mediante le specie infuse senza discorso , mà per simple intelligenza havesse ricevuto tanto lume , è cognitione del gran Dio , &c. Poterat dicere , quod cognovit per scientiam experimentalem , sed dato , quod cognoverit per simplicem intelligentiam iustitiam originalem , sicut cognovit , Virgo totum habuit , &c. Et cap. 11. Che le fece Regina del Cielo , è della terra , è quello che più oltre non ci possiamo immaginare fu assumta ad esser Madre de Dio : Ad essa finalmente diede tutti li doni delle gracie , delle dignitadi , delle scientie , delle beatitudine , è de meriti , &c. Et cap. 14. E perche ornamento veruno all'anima sua non mancasse , appresso tanti altri fu in lei etiandio la penitenza che è una parte della giustitia , anc in quella ritrovò più perfettamente che in tutto il resto de viatori , come è chiaro , perche in tutti noi l' atto suo presuppone il peccato esser stato nell'anima , & esser pressente , essendo tal virtu un dolore de peccati commessi , ilche nella gloria nostra Regina non habbe luogo : perche in lei ci fu ben l' atto penitentiale , ma senza colpa di forte alcuna , &c. Et cap. 16. A questo proposito dice il suo Alberto : In tutti gli altri tal-

dono non è senza contrasto per respecto del fomite , & anco alcuna volta con la caduta al meno del veniale , eccetto pero la Vergine Madre che fu senza mortale , è veniale , in cui si trovò senza combatimento del fomite , &c. Lib. impressi Perusiae 1575. in 4. Ex quibus verbis potest colligi , quæ & qualis fuerit hujus militis mens .

**ANTONIUS** Porteus , Episcopus Monopolitanus , præcepit observari festum Conceptionis Beatæ MARIE , ut videre est in Constitutionibus , & Decretis ejusdem , fol. 57. Impress. Roma 1587. in 4.

**ANTONIUS** Possevinus Mantuanus , Societas Jesu Italus , in Apparatu Sacro , tomo 2. Verbo MARIA Virgo , folio 66. inquit : *Tot enim , vel figuris , vel factis ab initio ipsius mundi præsentia eti : ut post tres divinas personas , ac Dominum Iesum Dei filium , & hominem , Angeli , ac veteres illi Patres eodem spiritu acti collinearent ad ipsam Virginem Santissimam optandam , & prædicandam , &c.* Lib. impress. Colonie Agrippinæ 1608. in folio .

Item , in Bibliotheca selecta de ratione studiorum ad disciplinas , & ad salutem omnium gentium procurandam , libro 12. cap. 9. folio 452. Vocat Virginem MARIAM omni morum , ac vitæ integritate , & sanctitate plenissimam , omnium virtutum genere munericulque exoriatam , ut sanctissimam , & perfectissimam omnium foeminarum , cuius uterus fuit purissimus , ac mundissimus , & ipsa virga inviolata , & incorrupta , ac semper integra , &c. Lib. impress. Colonie Agrippinæ 1607. in folio .

**ANTONIUS** del Pozo , Ordinis Prædicatorum Hispanus , edidit Concionem sub hoc titulo : Sermon dia del regalado Apostol , y Evangelista San Juan , en el Convento de la Concepcion de la misma Ciudad , &c. Impress. . . . 1625. in 4.

**ANTONIUS** Quintanadueñas , Societas Jesu Hispanus , in libro dicto : Singularia Theologiae Moralis , &c. folio 234. singulare 13. An extet privilegium concessum Minoribus , & ijs , qui cum eis privilegiorum communicatione fruuntur , Missam celebrandi , & Divinum officium recitandi de Beata Virginis Conceptione in Sabbatis , novem lectio- nium officio non impeditis ?

Item , singulare 14. An in Sabbatis Adventus & Quadragesima , nec non Quatuor Temporum possint Regulares uti privilegio celebrandi , & recitandi de Conceptione Beatae Virginis ?

Item , singulare 15. In probabilis sit opinio asserens , Sabbatis Adventus , & Quadragesima possint Regulares recitare offici . *Immacul. Conceptionis* ?

Item , singulare 16. Utrum omnes Moniales cuiuscumque Ordinis , sub Ordinariorum regimine viventes , possint uti privilegio recitandi quintis Feris de Eucharistia , & in Sabbatis de *Immaculata Conceptione* Beata Virginis MARIE , &c.

Item , singulare 17. Utrum Sacerdotes sæculares ex Tertio S. Francisci , Prædicatorum , Augustinianorum , & Carmelitarum Ordine possint recitare Officium , & Missam celebrare , de *Immaculata Virginis Conceptione* in Sabbatis , & de Eucharistia in Feris quintis , in quibus Regulares , &c.

Item , singulare 18. Utrum sæculares in sacris portantes Chordam S. Francisci , vel Corrigiam S. Augustini , aut habitum parvum ( vulgo habitillo ) Carmelitarum , aut S. Mariae de Mercede , aut S. Trinitatis , possint gaudere privilegio recitandi in quintis Feris de Eucharistia , & in Sabbatis de *Immaculata Conceptione* , &c.

Item, in Appendice pro Jubileis, & festivitatibus Christi Domini, & Beatae Virginis, ac aliorum Sanctorum concessis, tract. 3. folio 295. de Jubileo *Immaculatae Conceptionis*, concessio ab Urbano VIII. pro domo Societatis Jesu Hispalensi.

Item, tractatu 9. dubio 1. folio 366. de Jubileo concessio à Leone X. in mortis articulo imaginibus *Immaculatae Conceptionis*. Et dubio 6. folio 374. num. 9. Impress. Hispali 1646. in folio.

Item, in opere posthumo Theologiae moralis ejusdem, tract. 1. singulari 5. folio 8. Utrum festum Conceptionis Beatae MARIE Virginis, post Bullam Urbani VIII. observari debeat?

Item, singulari 6. de Innocentij Bulla, seu Decreto, ut in Regno Hispaniarum celebretur festivitas Conceptionis Virginis Deiparæ MARIE.

Item, singulari 7. Utrum in Regnis, ac locis Hispaniarum Regi subjacentibus, licet in Hispania non sint, observatio festi Conceptionis Beatae MARIE obliget ex Bulla relata SS. D. N. Innocentij X. Lib. impress. ibidem 1652. in folio.

Item, in libro Sanctissimo nomine MARIE, folio 38. Quod Virgo MARIA à primo instanti Conceptionis fuit consecrata à Deo in maiori gratia, quam ullus Sanctorum, &c. Impress. Hispali 1643. in 8.

Item, in libro Sanctorum Civitatis Hispalensis, ac de festivitatibus ejusdem Ecclesie, ad diem 8. Decembris, Folio 369. De festivitate purissime Conceptionis Sanctissima Virginis Domine nostre, usque ad fol. 374. Lib. impress. Hispali 1637. in 4.

ANTONIUS Ramirez, Poëta Hispanus, ut constat ex libro dicto: Panegyrica relatio voti, seu juramenti Equitum de Alcantara, scripsit Cantionem pro *Immaculatae Conceptionis Virginis MARIE puritate*, extat fol. 67. Impress. Matriti 1653. in 4. ANTONIUS Rampeglis, vel Rampelgis, Ordinis S. Augustini Januensis, qui vixit secundum aliquos ad annum 1389. in libro dicto: Compendium figurarum Bibliorum, verbo: MARIA Virgo, inquit: Venit ergo hic Magister reparans vas virgineum, id est, Beatissimam MARIAM quam fecit ex eodem luto, sed sanctificavit eam, & fecit quemadmodum voluit, nam adeo replevit ipsam sanctitatis gratia, ut etiam ab originali, quam ab omni actuali peccato deinceps esset munda, &c. Et infra: Per hoc tabernaculum sanctificatum notatur Virgo MARIA, quæ super omnes Sanctos sanctior est; nam in ejus sanctificatione remota est omnis macula, etiam minimi peccati, ut etiam Sanctos Angelos, secundum Antelimum, supereret per puritatem, &c. Bene igitur decuit terram illam foecundam, quæ taliter produxit fructum, liberam fieri ab omni tributo peccati: quod sic factum est gratia dispensante.

Item, infra loquens de vitrea fenestra, inquit: B. Virgo MARIA fuit fenestra lucifera, id est, lucem ferens generi salyandorum, & tam corpus ejus, quam spiritus adeo fuerunt solidati divinâ gratia, quod licet per ipsam lumen aeterni Solis nobis luxerit, tamen neque per ipsam guta peccati, neque macula culpa unquam descendere valuit, &c. Per arcam nota Beatissimam Virginem, in qua non Noe, sed vera requies, scilicet Dei filius requievit, sed cum hoc tantæ fuit soliditas, ut nec aqua alienius peccati per ipsam, vel ad ipsam posset accedere, &c. Lib. impres. Argentina 1516. & 1558. & Parisijs 1610. in 4. & Lugduni 1511. ac tandem Coloniae 1609. in 12. & in multis locis vidimus manuscriptum.

Item, ad illud: Liberasti me Domine secundum

multitudinem misericordia tua, Eccl. 51. inquit: Signum magnum libertatis est civitatis tributum solventibus, si illæ ex singulari privilegio tributum non solvant. Spiritualiter: Omnis creatura purè humana fuit peccato subjecta, & per consequens Diabolo tributaria, excepta Beatae Virginis, quæ ex privilegio summi Regis fuit ante sanctificata, quam nata; & sic fuit repleta gratiæ, ut à cupiditate peccati tributo extiterit penitus aliena. Figur. Genes 48. ubi legimus, quod tempore illius magnæ egestatis tota terra Ægypti fuit tributaria Pharaonum, excepta terra sacerdotali, quæ libera erat ex Regis privilegio. Spiritualiter: Tempore quo fuit in mundo tantæ egestas gratiæ, omnium humana creatura tributaria fuit peccato, excepta Matre Sacerdotis magni secundum ordinem Melchisedech, quæ ex divino privilegio libera fuit, &c.

ANTONIUS Remigius Apchin, Gallus, Ordinis Minorum, in oratione prælibanda, conclusa unica fuit. *Durus Michael prius Immaculatae Conceptionis MARIE defensor*, in Thesibus Tolose impress. 1658. in charta expansa, pro Capitulo Generali Ordinis.

Item, edidit tractatum de *Conceptione Immaculatae* in defensionem concionatoris, qui aliqua dixerit de hac materia; ubi defendit illum, & mysterium totis viribus, & incipit: Prodiit nuper famulus libellus, &c. Est apud nos manusc. in 4.

ANTONIUS Ricciardus, Doctor Brixianus, in suis Commentariis Symbolicis, verbo: Accubita affirmat *Beatam Virginem fuisse Concepam ab origine peccati originali*.

Item, verbo: Gaudens, ait: *Quod Beata Virgo fuisse præservata, ne à peccato originali tangeretur*.

Item, verbo: Nardus, ait: *Quod Concepio Beatae Virginis dedit odorem puritatis & innocentiae, cum essa ab originali peccato*.

Item, verbo: Pulchra, inquit: *Beatissimam Virginem fuisse futuram immunem peccati originalis in conceptione, & omnium aliorum peccatorum in vita sua*.

Item, verbo: pulcher, inquit: *Messiam fuisse futurum immunem ab omni peccato tum originali, tum mentali, & actuali, quemadmodum & ejus Mater*.

Item, verbo: Rosa, ait: *Beatam Virginem inter as mulieres esse sine peccato tam originali, quam actuali*. Rosa enim licet sit inter spinas, ipsa tamen non est spinosa, sed tota pulchra, & odorifica.

Item, verbo: Turtur, inquit: *Beatam Virginem nuptiæ Messiae Matrem fuisse sine illo peccato, vel originali, vel actuali mentali*. Turtur est sine felle, & a principio sine eo creature. Haec & alia habet in libro impress. Venetijs 1551. in fol.

ANTONIUS del Rincon, Ordinis Minorum Hispanus, in Catalogo virorum illustrium Scripticæ Religionis, agit de *Immaculata Virginis Conceptione*. Ita Antonius Daza, cap. 9. fol. 52. de Aetate mentionem facit Wadding. cui tribuit librum: *Monumenta Ordinis*.

ANTONIUS Riquejus, Ordinis S. Norberti Hispanus, scripsit Sermonem, de *pura ac Immaculata Conceptione Virginis*, pro octavario facto Matriti die 5. Februario, impress. ibidem anno 1651. cum pulcherrima imagine *Immaculatae Conceptionis Beatae Virginis*.

ANTONIUS de Ricera, Ordinis Minorum Hispanus, cum esset Commissarius Curia Romana, an. 1647. & cœpisset Adversarij vulgariter quoddam decretum à sacra inquisitionis Congregatione

gatione (ut dicebant) editum feria 4. die 20. Januarij anni 1644. ut scilicet titulus *IMMACULATA* non tribueretur Conceptioni, sed Virgini, sub praetextu, & sparsio rumore, quod hoc iussit Urbanus VIII. Pont. Max. suo Decreto; & quod Innocentius X. ut à prædecessore editum fuerat, sic promulgare decreverat. Prædictus Pater ad sacros pedes Innocentij X. provolutus totam rem patetecit, ac retulit, causam agens pro celebri, ac debitorum *Immaculatae Conceptionis V. MARIE*; sed à Pontificis ore tale accepit oraculum: Ego usque ad hanc diem nihil de ejusmodi decreto sciui, nec aliquid circa hoc præcepi. Vide P. Christi à Vega, in Theolog. Mariana Palest. 4. fol. 156.

Item, pro purissima ac prorsus sancta Conceptione B. Virginis MARIE, tract. unum, ex Hippolyt. Marrac. in Biblioth. & Fran. Pistoia, fol. 158. Tractatus iste nunquam lucem vidit, ut ab ipsomet Patre mihi relatum fuit.

Item, eodem tempore (obtentâ licentiâ à Reverendissimo Patre Sacri Palati Magistro) typis edi curavit officium *Sacratissimæ Eucharistie*, unâ cum officio *Immaculatae Conceptionis Virginis MARIE* prout à Fratribus Minoribus recitatur, sed tempore publicationis impeditum fuit ab eodem Sacri Palati Magistro; postea tamen obtinuit licentiam, ut non obstante contradictione libere publicaretur.

**A N T O N I U S** de Rivera, Licentiatus Hispanus Poëta, de *Immaculata Virginis Conceptione* Poëma, in libro impress. Hispali 1616. in 4. folio 70.

**A N T O N I U S** de S. Roman, Ordinis S. Augustini Hispanus, in libro: *Consuelo de pénitentes, y Mesa franca de espirituales manjares*, cap. 39. & 40. ait: *Quod B. V. MARIA fuit Concepta absque peccato originali*, latè à fol. 131. usque 137. Impress. Hispali 1581. in 8.

**A N T O N I U S** Rozado, Ordinis Prædicatorum Commissarius Sancti Officii, Hispanus, in libro dicto: *Tratados en louvor do sanctissimo Rosario*, è sobre o cantico da Senhora: tract. 3. folio 160. sic inquit: Foi tanta à luz das graças, excellencias, prerrogativas, dons, & virtudes conque Deos exclarecco à Virgen nostra Señora desdo primeiro instante de sua *Immaculada Conceptione*, que à deixou, fendo de massa baxa, & vil, que se fora de natureza Angelica, ou Seraphica, &c.

Item, fol. 318. de *Indulgencia pro die Conceptionis*, et in *Litanie* tractatu 5. fol. 385. Per *Immaculatam Conceptionem*, Nativitatem, & Beatam Præsentacionem tuam, libera nos Domina, & passim in lib. impress. Ulyssipone 1622. in 4.

**A N T O N I U S** Ruiz de Cabrera, Ordinis Prædicatorum Hispanus, scriptis Sermonem sub hoc titulo: *Desagravios del Divino Sacramento del Altar, y de MARIA sanctissima Señora* nuestra, predicados en el novenario, que el Convento de Regina Angelorum de Sevilla hizo en las fiestas de la purissima Conception de la Reyna de los Angeles, este año de 1635. Serm. impress. Granatae 1636. in 4. cum imagine *Immaculate Conceptionis*. Et, ut melius ex hoc sermoné pleniusque cognoscatur mens, & sententia hujus Auctoris, foliū sequentia transcribo ex fol. 4. Yentre estas espinas estuvo escondida la venenosa serpiente, cuyo mordaz diente difundiò el tóxico, que tan dilatamente cundió; pero al concebirle esta Señora, no cayó entre esas espinas, que fue la cama de su Conception,

comun con la de su Esposo: Lectulus noster floridus; y como en la suya, ni sintió las espinas de la culpa, ni el veneno de la serpiente; tan poco MARIA, que fue la cama de su Conception florida; y el aspid si se oculta en la rustica, groña de las espinas, y carcás, no entre las flores del peinado, y culto jardín, como lo advirtió Pomplinio en el primero de sus Adagios: Vipera est in veprecula. De autoridad à mi pensamiento Galatino; y pues para el pufo el primir borrador, eche las ultimas pautas, exponiendo todo aqueste lugar de los Cantares. Quemadmodum ego absque originali labe concepta sum, ita tu quoq; amicus mens, & idcirco pulcher efi & formosus lectulus noster; hoc est, *Conceptionis nostra est floridus, & odorifera, absque peccati corruptione*. Mi Conception, o la vuestra querido Esposo mio (dize MARIA) son tan semejantes, que como la vuestra, por aver sido entre flores, os dio la hermosura de todas; la mia, que no fue entre espinas, sino entre aquuzenas, tambien tuvo las mismas prerrogativas; y assí vuestra Conception fue una fragantia de flores, en la mia no huvo mal olor de culpa; porque ni en una, ni en otra tuvo lugar la corrupcion del pecado.

**A N T O N I U S** Ruiz, Societas Jesu Hispanus, in illo libro dicto: *Conquista espiritual*, hecha por los Religiosos de la Compañía de JESUS, en las Provincias del Paraguay, Parana, &c. 50. & 69. de *reductione*, sub titulo *Conceptionis Virginis Domine nostra MARIE*, &c. Lib. impress. Matrii 1639. in 4.

**A N T O N I U S** Rubius Legionensis, Ordinis Minorum Hispanus, in libro: *Assertionum Catholiarum adversus Erasmi Roterodami pestilentissimos errores*, &c. lib. 4. fol. 79. postquam dixerat, quod B. Virgo MARIA Mater Dei nulli subjacuit peccato, nulli ignominiae succubuit, in nullius dedecoris præcipitio stetit, &c. 9. Insurrexerunt poste à latissime probat, & eruditè, *Virginem Deiparam exemptam fuisse à peccato originali, & communis legi*. Vide ibi. Lib. impress. Salmanticae 1568. in fol. & in nostra Biblioth. tom. 3. fol. 15.

**A N T O N I U S** Sabedius Hispanus, ac Poëta insignis Latinus, edidit in laudem *sacratissime Virginis MARIE* sequentia carmina, quae (ni fallor) ejus immunitatem respiciunt.

..... Sanctissima mirum,  
Arcano tua complevit penetratid verbo  
Scilicet ante mare, & terras primordia mundi  
Ante parens summo jam tunc electa Tonanti,  
Fœminicumque scelus, primæque horrenda pænitus  
Crimina, nil meritos nimis haesura parentes,  
Ablueres sancti salice propagine ventris.  
Ergo velut nostri mulier caput una doloris,  
Principiumque mali: Tu fons, & origo salutis  
Humanæ, tu letitiae bona Virgo fuisti  
Inventrix, tu delictorum oblitera priorum,  
Sydere nobis reserasti limina cœli.

Extant in libro dicto: de Antiquitate Lusitanæ, per Andream Refendum, & Jacobum Mendez de Basconcellos, Michaëlem Cabedio, & Antonium Cabedio elaborato, fol. 572. Impress. Romæ 1597. in 8.

**A N T O N I U S** Sablonius, Ordinis Minorum Flander, aliquid scriptis, vel egit pro mysterio *Immaculatae Conceptionis*, ut colligitur ex epistola Joannis Helfsels Lovaniensis, apud Cornelium Schultingium fol. 46. quid illud fuerit, ignoro.

**A N T O N I U S** Sanderus Gandensis, Canonicus Irenensis, vir eruditus in antiquitatibus; in Opus-

eulis minoribus à fol. 1. usque 14. habet panegyricum de *Immaculata Conceptione*; & incipit: Non possum melioribus auspicari verbis. Lib. impress. Lovanii 1651. in 4.

Item, idem in indiculo variorum tractatum, num. 3. alterum panegyricum de eadem *Conceptione V. MARIAE*, Gandavi in æde Societatis Jesu habitum, dicatumq; Henrico Francisco vander Burch Archepiscopo Cameracensi. Lib. impress. Ipiris anno 1646. in 4.

**A N T O N I U S** Scalagius de Altamuræ, Ordinis Minorum Italus: *Quod Beata Virgo MARIA fuit tota pulchra, & nullam habuit maculam, &c.* in libro: *Ornamentum animæ, cap. 22. de ornato Virginis MARIE*. Impress. Neapoli 1557. in 4.

**A N T O N I U S** Scayno, Salodiensis Presbyter, & Sacre Theologiae Doctor, in libro: *Paraphrasis in omnes S. Pauli epistolas cum annotationibus*, in epistolam ad Romanos cap. 5. fol. 32. à tergo sic inquit: Et ideo Christus à participatione prævaricationis Adæ exceptus est, & non conceptus in peccato originali; ut qui, etiæ ex sanguine mulieris virginis immaculatae, originem ducentis ex semine Adæ, traxerit suæ humanitatis generationem, atamen ex semine viri non propagavit, à quo profluit humana generationis contaminatio; sed ex Dei virtute superveniente, & obumbrante Virginis, formatus est in hominem sanctum, innocentem, immaculatum, & à peccatoribus segregatum, qualem esse decebat humanitatem, qua Verbi divinitati in eadem persona uniehda erat. Sed et nil adversatur, quin dicamus, & ejus Sanctissimam Genitricem (ut pte creditur) hoc peccatum non incurrit, cùm non sit impossibile apud Deum omne verbum. Hæc in libro impress. Venetiis 1589. in folio.

**A N T O N I U S** Serpensis, Ordinis Minorum Hispanus, in libro Eucharisticae Chronologiae ab ipso mundo condito, per figuras legis naturæ depictæ, & evantractæ, &c. tom. 1. de *Conceptione Immaculata virginis* adducit quamplura, ut videre est in indice, verbo *MARIA*, fol. 736. quæ brevitatis causa non transcribo. Impress. Pariliis 1648. in fol.

**A N T O N I U S** Serranus, Doctor Hispanus, in libro: *Modo de rezar el sancto Rosario*, como se reza en la Iglesia de S. Juan de Madrid, &c. in Litanias, fol. 106. inquit: *Per salutarem Conceptionem tuam, libera nos Domina*. Lib. impress. Matrii 1638. in 16.

**A N T O N I U S** de Setubal, Ordinis Minorum Lusitanus, in libro: *Coroa de doze estrelas da Virgen señhora nossa*: Quæstio 8. de prima stella, quæ agit de nobilitate spirituali Virginis Dominæ nostræ. Tota quæstio est *De Immaculata Conceptione ejus*. Quæstio 9. De prima stella cœli, quæ agit aliquibus rationibus Theologicis de nobilitate spirituali Virginis: *Quomodo nunquam fuit captiva Demonis, siquidem non contraxit maculam peccati originalis, latissime*.

Item, Quæstio 10. De prima stella cœli, quæ agit quomodo Virgo inter omnes puras creaturest habet primum, principalioremq; locum in divina predestinatione; unde colligitur ejus nobilitas spiritualis, non fuisse aliquando captivam Demonis. Item, Quæstio 11. De prima stella cœli, quæ agit cum Doctorum rationibus fundatis in sacra Scriptura, de nobilitate spirituali Virginis Dominæ nostræ, quomodo nunquam contraxit maculam peccati originalis.

Item, Quæstio 12. De prima stella cœli, quæ agit de eadem materia *Immaculatae Conceptionis Virginis Dominæ nostræ*.

Item, Quæstio 13. De prima stella cœli, quæ agit, quod non est bene animum Christianum posse in dubio nobilitatem spiritualem *Immaculatae Conceptionis Virginis Dominæ nostræ*.

Item, Quæstio 14. de prima stella cœli, quæ respicit in corona Virginis, quæ agit, quomodo illi ostenderint hanc Dominam lucidam, formosam & absque macula aliqua peccati, honorabuntur in cœlo; sed è converso, qui ostenderint maculata in honorabuntur. Et ex hac prima stella facit radios pro *Immaculata Virginis Conceptione*, pro qua est totus primus liber, usque fol. 90. doctus, & eruditus. Impress. Ulyssipone 1632. in 4. cum imagine *Immaculatae Conceptionis*.

**A N T O N I U S** Simeon, Prior Conventus Praecatorum Parisiensis Gallus, gallicè reddidit Simones P. F. Petri de Valderrama Ordinis S. Augustini, quorum sex sunt, de *purissima Conceptione Virginis MARIE*, à folio 1. usque ad 146. Paris anno 1612.

**A N T O N I U S** de Sobarzo, Ordinis Minorum in libro de sacra Scriptura impleta, non impletæ & aliquando adimplenda, &c. lib. 4. cap. 5. pr. 8. n. 5. agit de mystery *Immaculatae Conceptionis V. MARIE definitione*, &c. extat manusc. apud eum quæ ego semel, & iterum vidi.

**A N T O N I U S** Solarius, in lib. de *Veneratione & invocatione Sanctorum*, agit de institutione festivitatis *Immaculatae Conceptionis*, & aliis, quæ refit Joannes de Alloza, lib. 1. Celi Stellati, fol. 4. num. 12. Hippolyt. Marrac. in Catal. Mar. ad 1517.

**A N T O N I U S** de Solis, Secretarius Regius, & Poëta Hispanus, scriptor Cantionum pro *Immaculata Virginis Conceptione*. Cum alis impress. Matrii 1653. in libro: *Relatio Panegyrica* fol. 8.

**A N T O N I U S** Sotomayor, Ordinis Prædicatorum ad an. 1618. Provincialis Provinciæ Castellæ, & postea Inquisitor Generalis in Regno Hispaniarum, scriptor epistolam cum alijs sui Ordinis Patribus pro festivitate, officio, ac prædicatione mystery *Immaculatae Conceptionis* in sua Religione, quam ad litteram adducit R. P. Joannes Eusebius Nieremberg, in lib. Excep. cap. 24. fol 414.

**A N T O N I U S** Stabilius à Sancto Angelo de Fafanella, Ordinis Prædicatorum, in libro: *Introductorium dupliciti ternario comprehensum*, ad singula Quadragesimæ Evangelia, &c. libro 3. de *MARIA* Virgine, folio 379. inquit: Quando scribitur, quod sapiens Artifex forte lignum, & impetrabile elegit, ut statuat simulacrum, quod non moveatur, &c. Figura: quod Deus elegit *MARIAM* Virginem in Matrem prædilectam, quod nunquam fuit aliqua peccato putrida, vel ad illud per aliquam suggestionem inclinata. Augustinus de natura, & gratia cap. 36. Scimus enim, &c. Rabanus in *Mon. de Nativitate Virginis MARIE*: Proprium peccatum non habuit, & ab innocentissimo corde ejus præsentia longe fuit, &c. Lib. impress. Venetiis 1610. in 8. Vide verbo *MARIA*, nam sapientie ipsam vocat totam pulchram, absque macula, gratia plenam, & alia hujusmodi, quæ ipsa innocentiam, & immunitatem adstruit.

**A N T O N I U S** Tamariz de Carmona, Clericus Hispanus, in lib. cuius titulus est: *Relacion y descripcion*

cripción del Templo Real de la Ciudad de la Puebla de los Angeles, en la nueva España, y su Catedral, &c. folio 8. à tergo, inquit: En el medio de estos dos cuerpos está el quadro principal de la Concepción puríssima de la Virgen de diez varas de alto, &c. con un rotulo de letras de oro: Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te, &c.

Item, infra fol. 23. & 41. agit latissimè de *Immaculata & puríssima Conceptione V. MARIE*, & Monasterio Virginum sub talí titulo. Impress. in civitate eadem anno 1649. in 4.

**ANTONIUS** Tamayo, Ordinis ... Poëta Hispanus, edidit Canticum de *Immaculata Conceptione Virginis MARIE*; est apud Ferriolum de Concep. folio 28.

**ANTONIUS** de Tapia, Poëta Hispanus, edidit opusculum parvum sub hoc titulo: Treinta y una letras que contienen: *MARIA concevida sin peccado original*, tomado por guia y principio de las letras contenidas, & incipit: MARIA Virgen resplandor del suelo. Impress. Hispali 1618. in 4. cum imagine *Immaculata Conceptionis*.

**ANTONIUS** Taxal, Hispanus, XV. Generalis Ordinis B. MARIA de Mercede Redemptionis Captivorum, edidit tractatum inscriptum Roma ad auroram, in quo de *puríssima Virginis Conceptione* agit per quæstiones, & articulos. Ita Alfonsus Remo. in Histor. libro 10. Marrac. in Biblioth. folio 136. & in Catalogo ad an. 1417. Pistoia, fol. 162. num. 79.

**ANTONIUS** de Torres, Societatis Jesu Hispanus, in Manuali Chrifiano, lib. 4. super Ave MARIA, fol. 134. Quod tota Sanctissima Trinitas fuit cum Virgine, ab instanti sue purissime Conceptionis. Lib. impress. Vallisoleti 1614, in 12.

**ANTONIUS** à Trejo, Ordinis Minorum Generalis, & Episcopus Carthaginensis Hispanus, pro *Conceptione Immaculata Deipara Virginis*, Orationes duodecim composuit, quas adducit Pater Wadding. in sua Legatione.

Item, ad ejus petitionem concessit Paulus V. Pont. Max. recitantibus *Antiphonam*, & *Orationem Immaculata Conceptionis*, centum dies indulgentiarum, ut dicitur in quadam charta impressa cum aliis opusculis de *Conceptione*, in 4. Item, cum relatione facti, fuit impressa in folio absque anno & loco impressionis, cum imagine *Immaculata Conceptionis*.

Item, in Thesibus habitis, & dicatis Philippo III. Hispaniarum Regi, habet: *Quod Virgo fuit Concepta absque peccato originali*, &c. Impress. in charta expâna cum imagine *Immaculata Conceptionis*.

**ANTONIUS** à Trinitate, Ord. Minorum Hispanus, in relatione Provincie Goënsis alma Matri Dei, &c. facit mentionem de Monasterio Monialium, quod existit in Civitate Machao, in Regno Chinarum, sub titulo *Conceptionis Virginis seu Dominae nostrae de Conceptione*. Exstat relatio apud nos.

**ANTONIUS** Tumba Fanestrius, Ordinis Minorum Italus, in Kalendario perpetuo, semper ponit *Conceptionem Beatæ Virginis MARIE duplex majus 2. classis*. Lib. impress. Venetiis 1620, in 4.

**ANTONIUS** de la Val, Gallus in lib. Paraphrase sur les CL. Pœaumes de David, &c. Psalm. 45. fol. 303. *Quod B. Virgo miraculose fuit preservata ab omni peccato tam actuali, quam originali*, &c. in Lib. impress. Parisii 1630. in 4. regali.

**ANTONIUS** Vasconcelus, Societatis Jesu, in

Anacephaleos de rebus Lusitanis in Philippo II. pag. 369. inquit: *Quæ quidem pietatis desideria, id est, ut Virgo sine originali peccato concepta teneatur, quantum communis hostis revertere conatus sit*, illud mihi satis indicat, quod in Anglia ex pestilentiae Cathedra, originis labi infectam fuisse Deiparam, hoc ipso tempore promulgavit, &c. Et ad marginem habet: *Virginem originali peccato contaminat certant*. Lib. impress. Antwerpia 1621.

Item, in 2. part. de Angelo custode part. 2. cap. 7. fol. 539. de festo *Immaculata Conceptionis Virginis*, & ejus Nativitatis, quomodoque concepta fuerit absque peccato originali, &c. Et sparsim latè. Lib. impress. Ulyssipone 1622. in 4.

**ANTONIUS** de Velasco, Ordinis Minorum Hispanus, scripsit pro *Immaculata Virginis Conceptione*, ut testatur Antonius Daza cap. 32.

**ANTONIUS** Verdexus de Agreda, Hispanus Poëta, edidit Canticum pro *Immaculata Virginis Conceptione*. Lib. impress. Baæza 1618. in 4. folio 71. & aliam folio 73.

**ANTONIUS** Vigilarium Episcopus, & Nuntius SS. D.D. Pauli Papæ V. in partibus Germaniæ, in libro inscripto: *Apostolica institutio*, & *Regula Confraternitatis ad honorem acerbissimæ Passionis Domini nostri Jesu Christi*, erectæ in Ecclesia Patrum Capuccinorum Coloniae Agrippinae, &c. cap. 5. fol. 58. *De Communione facienda à Confratribus in die Conceptionis Virginis MARIE*, &c. Lib. impress. Colonia 1615. in 4.

**ANTONIUS** de Villagran, Hispanus Poëta; pro *Immaculata Virginis Conceptione* Poëma, quod extat in libro impresso Hispali 1616. folio 34.

**ANTONIUS** de Ulloa, Ordinis Minorum Hispanus, cum alijs Patribus Provinciae *Immaculata Conceptionis*, scripsit epistolam ad Sanctitatem Pauli V. circa definitionem mysterij predicæ *Conceptionis*. Exstat epistola apud Dazam, tractatu de *Conceptione*, folio 189.

**ANTONIUS** Wang, Philosophus, ac Theologus, scripsit eruditum Sermonem pro *Conceptione intemerata Virginis MARIE*. Hunc citat Daniel Agricola cum alijs, in sua corona de dictis Doctorum pro hoc mysterio, fol. 175.

**ANTONIUS** de Winghe, Ordinis S. Benedicti, edi curavit, & illustravit opera Venerabilis P. Ludovici Blofij, ubi quamplura extant testimonia pro præservatione V. MARIE à peccato originali, præcipue in tractatu de Sacello animæ fidelis, cap. 5. n. 5. fol. 264. in quo ex proprijs addit ad marginem: *Videnti hoc festo, id est Conceptionis, declarare Ecclesiam ab originali labi immunem fuisse Matrem Dei* nam D. Thom. par. 3. q. 37. art. 1. cædem formâ argumenti uitur ex festo Nativitatis ab Ecclesia instituto, ut doceat B. Virginem natam esse in gratia, & sine peccato. Vide librum impressum Antwerpia 1632. in fol.

**ANTONIUS** Ximenez, Ordinis S. Francisci de Paula Hispanus, scripsit tractatum de *purissima Conceptione V. M. Marris Dei* absque peccato originali, &c. & incipit sic: *Sino me huivera valido*, &c. Impress. Hispali 1616. in 4.

Item, in lib. inscripto: Eruditio Evangeliorum, &c. lib. 3. tom. 2. statione 2. §. 2. fol. 469. ad illud: Sed libera nos à malo, inquit: *Quod in Christo Redemptore nostro, at ejus benedicta Matre, non habebat locum hæc petitio, scilicet, libera nos à malo; quia Christus fuit liber naturæ à somite peccati, & ab infirmitate na-*

turæ

tur, atque etiam Virgo, quia fuit preservata, & per privilegium libera a somite peccati, &c. Lib. impress. Hispaniæ 1628. in fol.

**ANTONIUS de Yepes**, Ordinis S. Benedicti Hispanus, in Chronica generali sui Ordinis, ad annum 1109. de reverentia, ac devotione, quam semper habuit S. Anselmus ad Dominam nostram, præcipue, quām devotus extiterit mysterio Immaculatæ Conceptionis, caput unum in ordine 5. & de auctoritatibus S. Anselmi probantibus B. Virginem fuisse conceptam absque peccato originali, caput alterum à fol. 102. usque 106.

Item, de origine Religionis Immaculatæ Conceptionis, fol. 118. Lib. impress. Vallisoleti 1621. in fol.

Item, edidit Catalogum de scribentibus in sua Religione pro Immaculata Virginis Conceptione; ita Anton. de Lupian in suo indice, Auct. vltimo.

**ANTONIUS Zapata**, Episcopus Gadicensis, in Constitutionibus Synodalibus illius Ecclesie, pro obseruatione Fectorum, f. 10. ponit: *Concepcionis Dominae nostre Virginis MARIE*. Lib. impress. 1594. in 4.

**AQVILES Neapolitanus**, in lib. dicto: Año Sancto, Meditaciones para todos los días, &c. à fol. 883. adducit 6. *Meditationes pro Immaculata Virginis Conceptione*. Lib. impress. Matrii 1658. in 4.

**ARATOR Ligur**, S. R. E. Diaconus, qui vixit ad annum 540. in lib. 1. Actor. Apostolicorum, sic inquit:

*Porta MARIA Dei Genitrix intacta creantis  
A nato ornata suo mala criminis Erat  
Virgo secunda fugit, nulla est iniuria sexus.  
Resistit, quod prima tulit.*

Sic exeat in tom. 6. Bibliothecæ VV. PP. fol. 2. licet alij aliter legant; nam ubi nos ornata, alij habent formata; & ubi nos secunda, alij dicunt secunda; potest esse, quod in aliquo antiquo exemplari sic legantur prædicta carmina, sed quidquid sit de lectionibus, sententia ferè una, & eadem est pro puritate Virginis MARIE.

**ARCHANGELUS de Alarcon**, Ordinis Minorum Hispanus, in libro: *Vergel de plantas divinas en varios metros spirituales, in laudem Conceptionis absque macula gloriissime Matris Dei, & Dominae nostræ Cantionem insignem*, à folio 101. usque ad 111. Lib. impress. Barchinone 1594. in 8.

Item, ejusdem pro eadem Conceptione Virginis MARIE Poëma aliud. Lib. impress. ut supra, folio 250. & 251.

**ARCHANGELUS de Albano**, Ordinis Minorum Italus, in Relatione Provinciae Basilicatae, affirmat: Quod in omnibus Conventibus illius Provincie est Capella, seu Altare Immaculatae Conceptionis V. MARIE, præcipue in Ecclesia, & Conventu Potentia, Aviliani, Laurentiana, Cassanii, S. Archangeli, Pistici, Bernardi, Ferrandina, Millenici, & Salandici; extat apud nos manuscript. relatio.

**ARCHANGELUS Bollotinus Bononiensis**, Ordinis Servorum B. MARIE, in lib. dicto: Dieci Discorsi sopra il santiissimo nome di MARIA, discut. 1. fol. 48. agit de Conceptione Virginis MARIE, & quod ipsa fuit impeccabilis per gratiam, Christus autem per naturam. Lib. impress. 1614. in 12. regali.

**ARCHANGELUS Caraccia de Rivalta**, Ordinis Prædicatorum Italus, in libro: *Institutione per dire il Sanctissimo Rosario, &c. in Diario indulgentiarum, ad diem 8. Decembris, folio 86. de indulcentia pro festivitate Conceptionis Virginis MARIE*. Lib. impress. Padua 1647. in 8.

**ARCHANGELUS Granus**, Ordinis Servorum Italus, in Centuria 3. Annal. sui Ordinis, lib. 1. cap. 1. ait: *Quantum facient Servitæ festum Conceptionis B.V. MARIE, ac quando, & quomodo illud capere relebatur Impress. Florentiae 1622. in fol.*

**ARCHANGELUS de Mellana**, Ordinis Minorum, ac Archiepiscopus Montis Regalis, auctoritate Apostolica restitutus officium Immaculatae Conceptionis, ut modo recitat in *Ordine Minorum*, ut refert Antonius Daza, in lib. Concep. cap. 6. fol. 49.

**ARCHANGELUS de Romanengo**, Ordini Minorum, restituit, ac reparavit, necnon edi cavit: *Statuta confraternitatis Charitatis, ac Conceptionis Virginis MARIE, Conventus del Giardino Mediolanen. Patrum reformatorum, ut videre eum libro dictæ Confraternitatis, impress. anno 1595. in 8. parvo.*

**ARCHICONFRATERNITAS Immaculatae Conceptionis**, quæ est sita in Ecclesia Laurentii in Damaso de Urbe, quæ caput est, & center omnium Confraternitatum mundi, quamplures habet monumenta, & libros manuscriptos, quibus declaratur, ipsam fuisse institutam a Summo Ecclesia Pontificibus sub expresso titulo & nomine *Immaculatae Conceptionis*; & sic à Senatu, Populo Romano receptam, & veneratam, quorum aliquicunque summatis referam.

In quadam tabella, quæ est in Sacristia, dicitur Decreto stabilito nella Congregatione dell' Archiconfraternità dell' Immaculata Conceptione, accio perl'avenire non si possino prestare qual voglia argenti, &c. In altera: Giorni nei quali scopre la miraculosa Imagine dell' Immaculata Conceptione, &c. In altera sic: Oblighi della venerabile Archi-confraternita della Immacolata Conceptione, &c.

In libro, ubi scripta sunt, quæ pertinent ad Archiconfraternitatem Immaculatae Conceptionis S. Laurentii in Damaso, præcipue circa solitudo dotium, ab anno 1497. usque ad annum 1535. &c. dicitur: In nomine SS. & individuæ Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritus Sancti; & intemerata glorioseque MARIE semper Virginis, omni sequida geniturae macula cessante, divini mysterio Nominis conceptæ; cuius pia devotionis intuitu, & nomine pientissima hæc Societas Conceptionis neceputa, anno à salutifera Iesu Christi Redemptoris nostri Nativitate milles. quadrigen. nonagesimo, & die Martis primo post mirandam ejusdem Resurrectionem, Divino insufflante Spiritu exordium inchoavit, & ad ejus honorem conspicuum facillum, quod capellam vocitant, & celeberrimo Altari in insigni Collegiata Ecclesia S. Laurentii in Damaso de Urbe constructum, dicatum extitit; &c. Quæ pientissima ipsa Conceptionis Immaculatae Societas frequentiss. facit illud maritardum indigentium Virginum, &c.

In prædicta Capella Confraternitatis Immaculatae Conceptionis, sub arcu principalis, in pulcherrimo marmore majusculis characteribus sunt incisa verba sequentia. Memoria seculorum: Albano VIII. P. M. Favente; Francisco Cardinali Barberino S. R. E. Viccancellario Protectore misericordissimo, Archiconfraternitatis Immaculatae Conceptionis, & Stellarj B. Virginis, ab hominum memoria in Urbe erectæ, & per totum terrarum orbem propagata: ad angendam erga Deiparam sine perceptu conceptam, crescentem quotidie magis fidelium religionem.

ligionem, antiquissimam hanc, & miraculis insigni-  
nem concepta Virginis Ionei, magnificenter illi-  
mo apparatu, ac pompa planè triumphali, plurimis  
pallii fornicibus, statuis, columnis, aris, machi-  
nis, portatissimis excitatis, Aelia Arce ad publicum  
plaenum instruēta xix. Augusti, an. M. DC. XXXV.  
veteri Sacello restituto, & ornato, in triumphi spe-  
cien circumduxit, militaris Urbis copiis tribu-  
nilis cum vexillis, praeuentibus prophanis, sacrificiis  
Ordinibus, Cardinalibus, & Procerum familij sub-  
sequentibus Senatu vero Romano, vna cum Patri-  
ciis, populoque universo, insuetu plaudentis pie-  
tatis sensu claudente triumphum, sibique mirifice  
gratulante à Virgine, omni vel originis labe immuni il-  
lustrari Vrbem suam, quam illius potissimum patroci-  
nio ab omni semper Hæresum labe immuneret ag-  
noscerebat. Valerico Valentino à Mollaria, Priore,  
Bruto Gottifredo, Francisco Franchechino Bell-  
hono, Joanne Francisco Ferentillo Custodibus,  
Ascario Pirotto Camerario, Joannes Franciscus  
Ferentillus, Prior, P. Vinc. de Caballeriis, Seraphi-  
nus Cincius, Franciscus Gottifredus, Custodes,  
Caesar Valentinus à Mollaria Camerarius, posuere  
monumentum.

In Constitutionibus ejusdem Sodalitatis passim  
vocatur *Archiconfraternitas Immaculatae Conceptionis*.  
Impress. Rom. anno 1585. in 4. cum imagine Imma-  
culatae Conceptionis.

Item, in omnibus suis decretis utuntur Piores,  
ac Guardiani hac inscriptione: *Priori & Guardiani  
dell' Archiconfraternita dell' Immaculata Conceptione, &  
Sacerdoti della Beata Virgine MARIA*; quorum infinita  
habeo apud me exemplaria.

Item, in tabella appensa in craticula ipsius Ca-  
pella, est sequens oratio: *Devotissima oratio in festi-  
vitate Immaculatae Conceptionis B.V. MARIAE*. O San-  
ctissima semper Virgo MARIA, Mater Domini N.  
Iesu Christi, &c. Et infra: *Virgo MARIA stirpe Re-  
giæ concepta, gaude, quia Dei plena peperisti, &c.*  
In medio est imago Conceptionis B. MARIE V.  
Fuit charta hæc impressa Romæ, anno 1548. Su-  
periorum permisso; Primo, quia imago ipsius Con-  
fraternitatis, que communiter depingitur, & est  
in predicta Capella, & in Sacristia, habet hanc  
incriptionem: *Imago Archiconfraternitatis Im-  
maculatae Conceptionis, & Stellaris*. Secundo, quia  
in libro Anniversarij predictæ Confraternitatis,  
incipit sic: Il presente Anniversario lo fanno cele-  
brari Illustri Signori Priori, Guardiani, & Camar-  
lengo dell'immaculata, & sanctissima Conceptione,  
posta in S. Laurentio in Damaso, per li infrascritti  
fratelli, & forellæ benefatori sepeliti in questa S.  
Chiesa, &c. Et infra: Questi tono li Signori  
Priori, Guardiani, & Camarlengo, & altri officiali  
eleti a llo servizio, è regimento di questa Venerabile  
Compagnia dell' Immaculata Conceptione  
per il anno prossimo da venire 1538. Alia sunt ibi  
pro mysterio. Tertiò, quia in lib. Constitutionum  
predicte Confraternitatis, impresso permisso Super-  
iorum Romæ apud hæredes Antonii Bladii, typog.  
Cameralis ann. 1585. in prima pagina sic habetur:  
Constitutiones, & Statuta Archiconfraternitatis Con-  
ceptionis, Gloriosissime, Immaculatae Conceptionis B. Virginis  
sive in Ecclesia SS. Laurentii, & Damasi in Urbe.  
Atque in exordio, cum hoc intelligenter utriusque  
sexu Fideles, aliquot se se addixerunt Sodalitati  
Sanctissima Conceptionis Virginis Beatissima MA-  
RIÆ, &c. Ideo illius Immaculatae Conceptioni ad-

dixerunt, effexerunt, & dedicarunt hanc Sodaliti-  
tatem, quam de illius nomine appellandam merito  
esse judicarunt, &c. Et infra: Eligunt in advocatam,  
fautricem, & protectricem, eandem Sanctissimam  
Virginem MARIA, cuius Immaculatam Conceptionem  
venerari, & honorare, præcipuum ipsorum propositum fuit.  
Et in cap. primo Constitutionum, eius inscriptio  
est: Quod nomen, quoque Sodalitatis appellatio  
esse debeat. Quoniam vero in omni re laudabile  
est modum præfiniri, & formam; ideo venerabilis  
Sodalitas predicta eodem anno, & consensu con-  
gregata, cum prius maturè deliberasset, instituit  
ac decrevit, ut semper, & perpetuo Sodalitas Im-  
maculatae Conceptionis B. Virginis vocaretur, ut  
sub patrocinio, nomine, & honore ejusdem pro-  
pagetur, & præstet. Sepissimèque per totam Con-  
stitutionem utitur vocabulo Immaculatae Concep-  
tionis.

Item, in quodam decreto facto die 8. Decembris  
1635. inquit: *Solemnizzare la festa dell' Immaculata Con-  
ceptione, &c.* Et infra: Se debba solemnizzare nella  
nostra Capella il sancto mysterio dell' Immaculata Con-  
ceptione, &c. Et in fine: Delli primi Vespri, sino al  
tramontare del Sol nel giorno della festa dell' Im-  
maculata Conceptione. In alio decreto 1638. Particu-  
larmente al venerare nella nostra Capella il my-  
sterio dell' Immaculata Conceptione.

Item, in omnibus libris ejusdem Archiconfra-  
ternitatis, semper vocatur *Immaculata Concep-  
tione*, ut ex his paucis, omnibus constare potest. Proto-  
colum instrumentorum *sancitissima Conceptionis* ab  
anno 1600. usq; 1613. Instrumenta venerabilis Archiconfraternitatis *sancitissima Conceptionis* ab anno  
1620. usque 1625. Hic est liber instrumentorum  
concernentium, &c. Venerabilis Archiconfrater-  
nitatis *sancitissima Conceptionis* in Ecclesia S. Lau-  
rentij, &c. Et in lib. anni 1618. Liber instrumen-  
torum Archiconfraternitatis B. MARIE Concep-  
tione, anno 1603. Protocolum instrumentorum  
*sancitissime Conceptionis*, anno 1601. Protocolum  
instrumentorum Societas *sancitissime Conceptionis*: In  
nomine sanctissima, & individua Trinitatis, P.F.S.  
et *sancitissime Conceptionis* Immaculatae Virginis, Amen.  
Protocolum Archiconfraternitatis *sancitissima Con-  
ceptionis* Immaculatae Virginis, ab anno 1587. usq;  
1600. Et lib. anni 1617. Hoc est Protocolum  
singulorum instrumentorum spectantium ad ve-  
nerabilem Archiconfraternitatem *Immaculata Con-  
ceptionis* B.V. MARIE, &c. Et lib. anni 1556. Dot-  
rium solutarum ab anno 1556. Societas *sancitissima*,  
& *Immaculata Conceptionis* B.V. MARIE, &c. cre-  
ata in Ecclesia S. Laurentij in Damaso, &c. Libro  
Maestro per la venerabile compagnia della *sancitissima*  
Conceptione di Roma, &c. Copia diverorum in-  
strumentorum pro venerabili Archiconfraterni-  
tate *sancitissima Conceptionis* S. Laurentij in Damaso,  
ad annum 1616. Et ann. 1632. Inventariò dell'ea-  
se che chi sono dell' *sancitissima Conceptione*. Registro  
di mandati, &c. della *sancitissima Conceptione*. Libro  
delle case della *sancitissima Conceptione*. Libro di pi-  
gionamenti, & spigionamenti delle case dell' *Im-  
maculata Conceptione*. Liber Dotium Archiconfra-  
ternitatis *Immaculatae Conceptionis*. Statione dell' *Im-  
maculata Conceptione*. Liber Guardianorum Societatis  
*Immaculatae Conceptionis*, cum multis aliis 1499. In-  
trata, & uscita dell' venerabile Compagnia dell'  
*sancitissima Conceptione* 1621. Libro del Camarlengo  
della Compagnia della S. Conceptione, 1560. *Imma-  
culata*

culata Conceptione scripture diverse 1643. Immaculata Conceptione scripture diverse 1644. Immaculata Conceptione scripture diverse 1649. & sc. Liber in charta pecorea optimis characteribus conferitus: Questi sono gli Signori Priori, Guardiani, Camarlingi, & altri officiali eletti allo servizio, è regimento di questa venerabile Compagnia della Immaculata Conceptione per il anno prossimo di venire di 1538. Et in altero: Anniversari generali in S. Lorenzo in Damaso, in secondo di doppo la festa della Immaculata Conceptione. Ex his omnibus, & aliis brevitate causa pratermissis, evidenter demonstratur illam Archiconfraternitatem, quæ caput, & mater est omnium Confraternitatum Urbis & Orbis, fundatam, institutam, atque erectam fuisse sub nomine, titulo, & appellatione *Immaculatae, purissime, & sanctissime Conceptionis.*

Item, eadem Archiconfraternitas scripsit Epistolam, ad Catholicam Majestatem Philippi IV. Hispaniarum Regis, cuius originale apud nos est tenoris sequentis. Sacra Catholica Majestà: La Archiconfraternita dell' *Immaculata Conceptione di N. Signora*, sono circa sette cento anni che florise in Roma con venerare per tanti secoli questo specioso Mysterio; sono anco secoli da che la Augustissima casa d'Austria, singolare nella pietà, come in ogni altra prerogativa va procurando da Sommi Pontifici la totale definitione dello stesso Mysterio, accio cessando ogni conerroveria, sia da Fideli concordemente rive rito. Ha contesta Catholica Corona, sin hora sopra esso corsa più de ogni altero felice carriera, havendo con la ultima constitutione Gregoriana da lei procurata poco meno che posto l'ultima pietra di questa gran fabrica. La stessa Archiconfraternita per tanto prostrata, a V. Maesta supplica ad inclinare di novo il suo pensieri Riali a cosi grande, opera, restando servita ordinare a suoi Oratori rappresentanti in Roma, che facciano appresso la Santità de Innocencio X. efficacissima instanza accio con una noua constitutione siano tutti fideli obligati uniformemente a reverire le purità originale di MARIA Nostra Signora; aspettando il Mundo a V. Maesta riuolto un giubilo si universale con augurare a si gran Monarcha la gloria di opera tale, & implorare alla M.V. dalla Itella Regina trionfi terreni, & corone celesti. Roma xx. Gennaro 1645. Di V. M. Cattolica divisorissimi, & dell' Archiconfraternita dell' *immaculata Conceptione, & Stellario di nostra Signora.* Alla Maesta Sacra del R. Cattolico Filippo IV.

In quadam tabella litteris majusculis habentur sequentia verba sic disposita,

*Bene fit Oibi,*

*Adam*

*Per mecum define mori.*

*MARIA*

*Propter Adam concepitur,*

*ut Christus,*

*Pro omniibus oritur.*

*Hæc*

*Ex voto publicè concepto Immaculatae Conceptionis Archiconfraternitas.* Alia quamplura invenimus in Archivo illius. Archiconfraternitatis.

**A R M A N D I U S** Joannes de Plessis de Richelieu, Pietavus Gallus, S. R. E. Cardinalis, in tractatu de Perfectione Christiana, cap. 4. sic inquit: Solus Dominus noster Jesus Christus, ab omnibus passionum depravatarum, ac malarum inclinationum

defectibus liber fuit, & pariter sola ejus. *Sanctissima Mater ex speciali privilegio ipsi concessa, libera fuit ab omnibus peccatis, originali, & actuali, &c.* Lib. impress.

Item, in Catechismo, seu institutione Christians, lect. 3. & 4. inquit: *Nos credimus Beatam Virginem in gratia fuisse Concepitam, &c.* Beata Virgo dicim benedicta in mulieribus, quia nulla fuit, nequam erit sine peccati macula concepta cum plenitudine gratiae, sicut ipsa, &c. Vide Purpuram Marianam, Marrac. fol. 43.

**A R M A N D U S** Ordinis Minorum, secundum Dazam, composuit elegantem tractatum, qui incipit: *Sapientia edificavit sibi domum; pro Immaculata Virginis Conceptione;* de quo mentionem facit Bernardinus de Bustos in Mariali, serm. 4. Andreas de Peruzzini in Analysis, art. 2. fol. 99. Daza, cap. 6. fol. 48. Leon claf. 6. Alij hunc citant alter, ut Pistoia fol. 1. 8. num. 72.

**A R M E N F R E D U S** Maillardus, Cantor Ecclesiæ Collegiatae S. Crucis Lodiensis, habuit revelationem ad annum 1142. circa *Immaculatam Conceptionem B. Virginis*, de qua vide infra, verb. Engelbertus.

**A R N A L D U S** Albertinus, vel Arnoldus, Canonicus, Inquisitor Apostolicus Maioricensis, ac tandem Episcopus Pacensis Ecclesiæ, in libro dicto: *Repetitio nova, sive Commentaria Rubrice, ad cap. 1. de Hæreticis, Lib. 6. vocat Virginem Immaculatam & intemeratam;* vide finem libri, nec non tractatum de Secreto. Impress. Valentia 1534. in fol.

Item, in libro de agnoscendis assertiōnibus Catholicis, & Hæreticis, quast. 17. inquit: *An fini assertiones scandalose bodie affere Virginem MARIAM De Centricem fuisse in originali conceptam, & post mortem corporalem non fuisse assumptam, corpore celestem paradisum, &c. ubi plura dicit pulchra, & scitu dignissima.* Lib. impress. Roma 1572. in 4. regali; Panormi anno 1552. prodit etiam Venetus inter Tractatus DD. tom. 9. p. 2. fol. 520. Hanc questionem adduco in nostra Bibliotheca Virginali, tomo 3. folio 242. vide quæ ibi noto de impressione Romana.

**A R N E S T U S**, vel Ernestus Parduviez, Bohemus, & primus Archiepiscopus Pragensis, in libro dicto: *Mariale, sive de præexcellētibus, & eximiis sanctissimæ Dei Genitricis MARIE summa reliquias creaturas prærogativis, capite 29. de duplice sanctificatione Beatae Virginis, & de virtute utriusque, ait: Et ipsa Beata Virgo tantam concepit sanctificationis plenitudinem, quantum cogitari non potest, (ut dicit Anselmus) creaturam ullam mortalem accipere posse; unde de ista sanctificatione dicit ille egregius Majestatis amator, & indagator Magister Alexander in summa sua: Caro Beatae Virginis duplēcē habuit ordinem, unum ad suam beatam animam, & sic consideratur in se, non per considerationem ad aliam carnem; aliud ad naturam, secundum quod poterat esse principium alterius carnis per generationem. In prima autem ejus sanctificatione facta in utero matris, plenē sanctificata fuit quantum ad personam, secundum quod caro ejus consideratur in se in comparatione ad suam animam. In secunda sanctificatione, quæ facta est in Verbi Incarnatione, sanctificata fuit in quantum potuit caro ejus principium esse ad carnem aliam per generationem, & sic sanctificatio respiciebat personam, secundum*

cunda naturam; prima sanctificatio removit ab ipsa omne, quod potuit esse inclinatum ad peccatum, & ad motus carnales, qui serpunt in carne, sicut serpentes, &c.

Item, cap. 86. inquit: In speculo enim speculamus, & intelligimus Deiparæ puritatem, humilitatem, gloriolatatem, veritatem, charitatem. Vitrum, ut tradit Alchimista, fit ex cineribus quarundam plantarum, quæ primò quidem clavellantur, deinde ponuntur in igne fortè, donec fundantur; siue cimis ille transit in vitrum, recipit omnem tincturam, mollificat, mundificat, liquefacit ferrum, & omnia corpora. De vitro autem fit speculum, planta vero ex quibus fit speculum, de quo loquimur, fuerunt Abraham, Isaac, & Jacob, & ceteri sancti Patres, qui in ejus genealogia numerantur; quæ quidem plantæ per mortem in cinerem sum redactæ, scilicet postquam concepta Beata Virgo, quia clavellati sunt cineres; ut & massa parvula; deinde superveniente igne fortè divinitatis, in tantum sanctificata est mala illa, quod vitro merito comparetur: Fuit enim ita sanctificata, quod corpus, quod corruptitur, non aggravabat animam ejus, quia nullam habuit pravitatem (forte primitatem) ad malum, &c.

Item, capite ultimo: Nam quinta ætate, dum quietum silentium tenerent omnia, ipsa Stella maris, quasi aurora confurgens, rutilans processit ad ortum, sicut enim aurora confurgens partem habet de caligine noctis, partem vero de luce diei, ita in Conceptione Virginis, duplex fuit actus, scilicet actus personæ, & actus naturæ; secundum quod ibi fuit actus personæ, sic ibi fuit voluntas movens, & charitas, & gratia, & Spiritus Sanctus. Coitus quippe conjugalis potest esse meritorius, ut dicit Augustinus, sicut fuit in Abraham, quando Sara concepit Isaac, ex eo, quia per obedientiam hoc fecit; sed quod datum est Isaac, vel Hieremie, vel Iohanni, non debet denegari datum esse gloriose Virgini, cui datum est, quidquid boni dari potuit unde in parte ista, secundum quod Conceptio illa consideratur ut actus personæ, sic fuit ibi spiritus sanctificationis, & quasi lux Dei, in quantum vero consideratur, ut actus naturæ, sic fuit ibi natura movens, & fomes peccati, quia sic fuit ille actus ordinatus ad peccatum Adæ, & fuit ibi libido, & quasi caligo noctis. Cum igitur aves minutissime mox ubi ortum surgentes Aurora percepissent, iubilare incipiant, & in Dei laudibus exultare, quare culpantur fideles devoti, qui in die Conceptionis tanti luminis, in Dei exultam laudibus, & de tanto munere gratias agunt Domino bonorum omnium largiori? Habent enim oculum, non ad opus naturæ, sed ad donum Dei, pro quo gratias referunt Creatori.

Item, habent oculum, non solum ad Conceptionem, quæ fuit in infusione seminis suscepit à viro, sed ad illam, quæ fuit in infusione animæ data à Deo, tunc enim completa est Conceptio, quando anima, & corporis simul facta est susceptio, & in ista Conceptione potuit sanctificari, quod & factum suis pè creditur alioquin, quidquid boni puræ creaturæ dari potuit, ei minimè datum esset. Habent item oculum ad illam Conceptionem Virginis, de qua ab origine mundi gaudent Angeli, & collaudant Filium Dei; unde ipsa ait: Nondum erant abyssi, & ego iam concepta eram; fundetur igitur exultatione universæ terræ Civitas Domini nova veniens de cœlo preparata, sanctificata, & ornata à Deo.

tanquam sponsa viro suo, &c. Vide ibi, nam latè prolequitur.

Item, ad finem libri adducit Elenchum professus *Immaculatae Conceptionis Beatae Virginis MARIE*, impress. Pragæ 1651. in fol. De hoc Auctore, & eius doctrina latam Epistolam habet Euseb. Nicremb. in Lib. Dissert. à folio 239.

**A R N E S T U S**, Archiepiscopus Coloniensis scriptus pro pura Conceptione Deiparæ Virginis Ecclesiastico calculo firmanda epistolam unam, ut dicit Hippol. Marrac. in Biblioth. & in Catalogo ad an. 1624. illam ad litteram adducit in Antist. Marian. fol. 71. ubi ipsam vide poterit Lector.

**A R N O B I U S** Romanus, Junior, sive, ut alij dicunt, Philosopher, Lactantij, Firmiani Magister, in Commentariis in Psal. 10. ad illa verba: Dominus in templo sancto suo, inquit: *In ipso Templo Sancto est, quod de Immaculata Virgine suscipiens, sedet in celis ad dextram Patris, &c.* Ex tractato 5. Biblioth. VV. PP. part. 3. folio 235. vide Serrani libro 2. cap. 16. num. 13. & 14. Leon. class. 9.

**A R N O L D U S** Bostius, Ordinis Carmelitarum, natione Theutonicus, laboravit de purissima Conceptione Dei Genitricis V. MARIE, contra Vincentium de Castro novo, librum 1. apud Hippolyt. Marrac. in Biblioth. & in Catalogo ad annum 1501. Suvernum, & Leonem, classe 6. Pistoia, fol. 155. Huic dicavit Gaguinus suum tract. de Conceptione.

Item, in libro de Patronatu Beatissimæ Virginis cap. 13. sic inquit: Ut multo laudum praeconio effrendus D. Joannes de Segovia Presul Cæsarensis non futilis Auctor testatus est: A tempore, cuius initium hominum memoriam longè precedit, Reverendissimi DD. Cardinales, & tota ferè Romana Curia, vbiicumq; resederit, si in eo loco sit Carmelitarum, peculiariorum MARIE Fratrum & filiorum Cœnobium, solemnitate convenient, fit ad Clerum Sermo mysterij sancte & singulariter admirande Conceptionis MARIE, ceterus Carmeli parentis, atque patronæ commendativus, & laudativus: celebratur quoque missa festivo ritu communiter per aliquem Antistitem, & ut devotio confluentum reddatur augmentatior, Sanctissimus Pater Apostolicus convenientibus dat amplias indulgentias. Ita Daniel à Virgine Maria, Carmelita, in vinea Carmeli cap. 24. folio 219. num. 436.

**A R N O L D U S** Cæsarius, Ordinis Minorum Gallicus, in libro cuius titulus est: Hortus honoris MARIE Beatissimæ Virginis cap. 1. ad illud: Ave MARIA gratia plena, &c. sic inquit: Quod purissima propter culpa parentum fuerit MARIA, bene insinuat, cum dicitur: Ave, quæ ab omni vœ culpe immunissima fuit, &c. Et cap. 3. fol. 26. sub hoc titulo: *Batissima Virgo MARIA libera à vœ originalis culpe semper fuit*, & de hoc agit late usque ad fol. 30. Lib. impress. Colonie 1647. in 16.

**A R N O L D U S** Carnotensis, Abbas Bonæ Vallis, in tractatu de laudibus sanctæ, ac perpetuæ Virginis Matris Christi MARIE, inquit: Maria prædicatur gratia plena; manifestum est individuam esse Matris, & Filij gloriam, & communem esse utrinque præconium, cuius diffinitio omnem superat intellectum, &c. Nec à dominatione, vel potentia Filii Mater potest esse sejuncta, una est MARIE, & Christi caro, unus spiritus, una charitas, & ex quo dictum est ei: Dominus te eum, inseparabiliter perlevaverit promissum, & donum. Unitas divisionem non recipit, nec secat in partes, & licet ex duabus factum

factum sit unum, illud tamen ultra scindi non potest, & Filii gloriam cum Matre, non tam communem judico, quam eamdem, &c. Et post pauca sic concludit: *Nec enim erat Christus in peccato conceptus, cuius filius est condonare peccatum, &c.* Exeat in Bibliotheca VV. PP. tom. 12. parte 2. fol. 436. & in nostra Bibliotheca, tom. 3. fol. 254. Sed dices: Unde ex predictis verbis deducitur, quod B. Virgo fuerit concepta absque peccato originali? Dico quod ex ultimis, quia si una indivisibilis fuit MARIA, & Christi caro, unus idemque spiritus; & Christus fuit conceptus absque originali macula, igitur & MARIA, alias frustra laborasset Arnoldus in unitate, & identitate probanda, si ex ipsis met verbis contrarium posset demonstrari. Item, quid sibi vult illud, perseveravit promissum & donum? Dominus fuit cum MARIA, & hoc perseveravit quo usque Angelus dixit ei: Dominus tecum, & deinceps: igitur a principio fuit cum Virgine.

**A R N O L D U S** Cathius, Societatis Iesu Belga, elaboravit officium Belgicè de *Immaculata Virginis Conceptione*. Ita Alegamb. in Catalogo, folio 48. Marrac. in Catalogo ad annum 1628. & in Biblioth. fol. 148.

**A R N O L D U S** de Raiffe, Canonicus Belga, ad diem 8. Decembri, de festo *Conceptionis*, in libro Auctario ad natales SS. Belgij, Joan. Molani. Impress. Duaci 1626. in 8. regali.

**A R N O L D U S** de Roterdame, Decretorum Doctor in Monasterio Viridis Vallis, in suo libro magno dicto: *Vaticantum* fol. 295. verbo MARIA, adducit plures auctoritates, præcipue illas Petri Comæ Floris, & Petri de Riga in sua Aurora, deinde in sua Expositione, quæ incipit: Arca, Deipara fuit. Inter alia plura, dicit fuisse sine felle male, & infra: Unam nec maculam natura dereliquit in ipsa, &c. ut in Aurora lib. exist. in Valle Rubra prope Bruxellas, num. 1. in fol. magno.

**A R N O L D U S** Spillebeen, Societatis Iesu Belga, in Thesibus Theologicis de Peccatis, Legibus, & Gratia, sub R.P. Ludovico de Schildere, habitis die 21. & 22. & 24. Novembris 5. 6. de Peccato habituali, sic dicit: *Dieila de originali, & illius debito, Deipatam non concerunt, quæ ab utroq. immunis fuit.* Impress. Lovani. typis Cornelii Coeneltenii in 4.

**A R N O L D U S** Vesaliensis, Doctor Parisiensis, in Epitome singularium distinctionum in quatuor libros sententiarum, de carne Christi, & *Conceptione Virginis* distinctionem. Lib. impress. Parisiis 1605. in 4. regali, & Neapoli 1577. in 12. & etiam Parisiis 1556. in 12.

**A R N O L D U S** de Wion, Belga Duacensis Monachus Benedictinus de Mantua, Casinensis, in libro dicto: *Lignum Vitæ* 2. part. lib. 5. cap. 103. folio 834. ad illud: Nondum erant Abyssi, & ego jam concepta eram: de Sancto Anselmo Cantuariensi y de institutione festivitatis *Immaculatae Conceptionis Virginis MARIE* late. Lib. impress. Venetiis anno 1595. in 4.

**A R N U L P H U S** Lexoviensis Episcopus, arque Sagensis Archidiaconus, natione Gallus, qui flouruit ad annum 1141. in Carminibus de Nativitate Domini, sic inquit:

*Virgineaque fide veterem purgante reatum  
Numinis adventu est sanctificata caro.  
Credit & exhibuit mandam devotioni Matrem,  
Magnificatque Deum, magnifica Deo, &c.  
Extant in Bibliotheca VV. PP. tom. 12. parte 2.*

folio 486. Ex propositis verbis leve potest deduci argumentum pro immunitate virginis à peccato originali; efficax verò ad probandum, quod ex verbo sanctificationis vel purificationis, non necessariò deducitur præexistētia culpæ vel maculæ secundum istum Doctorem in Incarnatione Verbi, seu potius Nativitate fuit purgata, & sanctificata caro virginea, cùm tamen nihil tunc habuerit purgatione dignum. Vide Euseb. Nierendo, in libro Except. folio 458.

**A R S E N I U S** Crudeli de Poppi, Ordinis Vallis Umbrose Italus: In libro Sermonum super scriptum verba D.N. Jesu Christi in Cruce, traducto verò Gallice, Sermon 4. folio 51. à tergo: *Quod multa quam fuit in MARIA aliqua culpa nec mortalis, nec remissilis, nec eadem originalis, &c.* Impress. Parisijs anno 1604. in 8.

**A R T H U R U S** Fillon, Doctor, ac Rector Universitatis Parisiensis, dispositus, ac sollicitavit remicationem propositionum R. P. Joannis Veri, Ordinis Prædicatorum, ut pater ex instrumento tenoris subsequentis. Noverint universi, & singuli, quod anno Domini 1497. die 18. mensis Septembris in Congregatione generali Universitatis Parisiensis, apud Sanctum Maturinum solemnitate convocata, comparuit scientificus vir Magister Arthurus Fillon, Rector Universitatis præfatae cum Dominis Decanis superiorum Facultatum, tota Facultate Theologiae, & quatuor Promotoribus quatuor nationum, in Cappis, & Epithogiis, & cum Bedellis deferentibus suas virgas, seu massas a genteas, presentibus Magistris Roberto Pilbor, & Joanne Francfort Notaris publicis, Joanne Boni, & Henrico Provionario in Theologia Licentiatis testibus; Magister Berengarius Mercatoris, Decanus Sacre Facultatis Theologiae, expouit qualiter Magister Joannes Veri, Doctor in Theologia, Ordinis Fratrum Prædicatorum, de Conventu Rothomagen, prædicaverat Deppe in festo *Conceptionis Beatæ MARIE* Virginis novissime fluxo contra puritatem *Immaculatae Conceptionis*, unde magnum est exortum scandalum Deppe, Rothomagi, & alibi, quod ad Sacram Facultatem Theologię pervenerat, cuius quidem scandali occasione ipsa Facultas tertio super his congregata ediderat, ne quis deinceps auderet tales in præfata Virginem blasphemias prædicare, nec hoc solum contenta Facultas, informationem exactissimam fecit per testes quindecim viros Deppe commorantes, sapientes, & probos, ac fide dignos, per litteras manu dicti Veri scriptas, quas suas esse in publica concione Facultatis confessus fuerat, nec testibus, aut eorum dictis in aliquo contradicere voluerat, nec ullum defensionis locum assumperat, imò dictis litteris ab eo confessis, & auditæ informatione ad terram proficiens poplitis flexis, & juncis simul manibus suis errati veniam deprecatus fuerat, orans, & obsecrans, ut tali poenæ genere afficeretur, quod facer Prædicatorum, & Dominicanorum Ordo minus scandalizaretur, &c. Prosequitur instrumentum, & ponit aliqua circa appellationem ipsius Veri ad Summum Pontificem, & Curiam Parliamentariam, quæ modestæ causa prætermittuntur. Exeat instrumentum impressum antiquis characteribus in charta expansa in Archivo S. Francisci Matritenii, tom. 1. & originaliter in Archivo Universitatis Parisiensis, in tribus exemplaribus diversis.

**A R T H U R U S** à Monasterio, Ordinis Minorum Gallus,

Gallus, de Conceptione Immaculata gloriose semper Virgini Genitricis Dei MARIE Scolium ad diem octavam Decembri, in Martyrologio Franciscano Parisii impress. 1638. in folio.

Item, in libro: Sacrum Gynecæum, seu Martyrologium amplissimum, in quo Sanctæ, aliæque Christi ancille, Martyres, Virgines, &c. die octava Decembri: *Concepio Immaculata gloriose semper Virginis Genitricis Dei MARIE*, & habet notam, ubi agit de Lippeloo, ac Beyerlinck tomo 2. Kalendari Beate Virginis MARIE, & aliis. Impress. Parisii anno 1656, in folio.

ARTHURUS Pitheus, Doctor Anglicus, super cap. i. Luca, in libro Observationum Catholic. in Evangelia, ait: Quod MARIA fuit gratiæ plena, quia consecuta est maximam inter omnes creaturas dignitatem quoad puritatem; insuper quia plena fuit perfecta gratiæ, dum ab originali peccato præservata, nec in conceptu maculata, nec in reliquo vita. Impress. Antwerpia 1632, in 4.

Item, in exposito Evangel. super Sanctum Lucam, ad illa verba: Benedicta tu in mulieribus, inquit: Lutherus sermone de Conceptione, non posset dicere ad eam: Benedicta tu, si aliquando maledictioni frueris obnoxia. Et iterum: Dignum, & iustum est MARIE personam ab originali peccato præservari, de qua Christus suscepturnus erat carnem, quæ omnia peccata superaret, &c. In lib. impress. Duci 1636, in 4.

ATHANASIUS Alexandrinus Archiepiscopus, ac Sanctus, Ecclesiaz Graeca Doctor insignis, in Evangel. de sanctissima Deipara, in quo Annuntiationis, & Incarnationis mysteria recensentur, inquit; Atque idcirco gratiæ plena cognominata est, eo quod adimpletione Spiritus Sancti omnibus gratia abundaret, & virtute Altissimi obumbraretur, quam virtutem per omnia tempora conceptus eam habuisse confido, & post concepsum etiam retinuisse. Neq; enim id temporarium in Virgine accidisse opinor, sed per omnia tempora hoc illi datum fuisse: quemadmodum, & nunc in praesentia, & in eternum usque, habet hæc Virgo sibi obumbrantem virtutem Altissimi, ut sit gratiæ plena, &c. Igitur si gratia in Virgine secundum Athanasium, non fuit temporaria, sed semper eam habuit, ut vere diceretur gratiæ plena, non defuit illi in primo Conceptionis instanti.

Item, infra inquit: Nam ex carne ejus, & ex os fibi ejus, veluti ex veteri Adamo, novus iste Adam, ut vicem ejus exploreret, coftam sibi finxit, nimis istam incarnationem, eamque semel indutam perpetuo gestat. Ac proinde ista nova Eva Mater viræ appellatur, variegataque permanet ad primas vitæ immortalis omnium viventium. *Dicimus eam igitur ueram, atque iterum, & semper, & undequæ, beatissimam, &c.* Tot, tantæq; universales propositiones non compatuntur originalem maculam; quomodo enim esset undequaque beatissima, si in primo instanti suæ animationis fuit culpæ infecta? Lib. impress. Parisii 1608. A folio 321. aliter refert hanc auctoritatem Renhardus Lutz. Sermone de Nativitate Virginis folio 470. forte ex diversa versione Graeca, vide ibi. Martinus Philip. in Theat. Excell. SS. Deipara, tom. 2. fol. 120v. sic adducit Athanasium: Spiritus S. cum omnibus gratiæ essentialibus in Virginem descendit imbuens eam gratiæ, ut in omnibus grata esset, atque idcirco gratiæ plena cognominata est.

Item, sermone de descriptione Domini nostre, inquit: Virgo enim scrinium incontaminatum permanxit, secundum cælum nunquam est contaminatum, *vas illud quod Deum continuit nunquam est confutatum, &c.* Esset autem contaminatum, & conspurcatum, si originale peccatum contraxisset. Extat sermo iste in nostra Bibliotheca Marian. tomo 3. folio 266.

Item, in tractatu de Incarnatione Verbi, ejusque corporali ad nos adventu, folio 21. ait: Nostrum corpus assumptum, idque notique non quodvis; sed quod purum ex illibata, impollutâq; ac viri nescia Virgine, &c. Si ultima verba respiciunt integratam corporis; prima absque dubio connotant animæ puritatem: illibata enim, dicitur nullo modo taeta, neque in anima, neque in corpore.

Item, in oratione de Occurso Domini, inquit: Nec enim Deus ita, ut nudus ipse naturam habens efficitur infans, ac maternarum valvarum amplexu stringitur, & definitur, sed quæ assumptum natum mortalem, *sen porius quæ prorsus sine ulla peccati labe effectus est veritate homo, quæ vero, ac qua ratione?* Nequeo, inquit, dicere, res enim est omnino inefabilis inexplicabilisque, needum mihi, verum ipsi puerperæ, ac neque illi tantum, *Nam etiam ipsa humana naturæ participes est, quanquam dona homine majora diuinâ largitate conferuntur*: verum etiam naturæ ipsi experti materiæ, quæque à prima ac divina natura prima est, &c. Confer, ô Lector, signatas has clausulas Athanasij, & in prima invenies quomodo Verbum sumpsit naturam à Virgine prorsus sine ulla peccati labe, illud prorsus emphaticum est. Si enim natura assumpta à Verbo fuisset in Matre infecta labe; non diceretur natura Verbi assumpta absque labe, in illa enim addita particula *prorsus* indicat Athanasius, quod in assumpta natura, neque formaliter, neque radicaliter fuit labes peccati: sed quidquid sit de hoc, si Verbum assumptum naturam sine ulla peccati labe, & ipsa etiam MARIA fuit hujus naturæ participes ex divina largitate: ergo & MARIE humanitas ex divina largitate fuit prorsus sine ulla peccati labe. Discursus enim Athanasii talis est: Nullus homo mortal is potest explicare, quomodo vel qualiter Verbum divinum assumptum naturam humanam sine ulla prorsus peccati labe, imò nec Virgo MARIA hoc explicare potest, quia etiam ipsa homo est, & naturam participavit humanam, quamquam aliter ipsam participavit ex divina largitate, &c. Si ergo participavit naturam humanam MARIA aliter quam cæteri homines, & hoc non fuit, nec potuit esse quoad substantiam, igitur fuit quoad modum, quia alij participant ipsam cum peccati labes: MARIA autem prorsus sine ulla peccati labe, sicut Filius ejus, sed hoc non ex natura, sed ex divina largitate, dono, ac gratia. Invenies hanc orationem in nostra Biblioth. Virginali tomo 2. folio 798.

ATTIKUS Constantinopolitanus, tomo 2. Concilii Ephesini capit. 28. inquit: Nam si Deo turpe est, in Virgine habitare, modis omnibus turpius erit Virginem formare, quod si vere condere turpe non est, nec opus inhabitare, turpe erit. Quomodo verba ista militent pro Immaculata Conceptione, vide latè apud Euseb. Nieremb. cap. 13. Exceptio. fol. 210v.

AUBERTUS Myraeus, Canonici Antwerpensis in Chronica ad annum 1484. hæc habet: *Sixto*

Quarto P. ppa defuncto succedit Innocentius VIII. Conceptionis arum Monialium Ordinem in honorem Conceptionis Beatae MARIAE Virginis Toleti inchoat Beatrix à Silva, nobilissima virgo Lusitana. Utuntur autem tunica & scapulari albis, ac chlamide cerulea. Innocentius porrò VIII. Pont. Max. rogante Isabella Hispaniae Regina, Beatrici & Sodalibus ejus anno 1489. concessit, ut ueste, & nomine Conceptionis Deiparæ à excogitatis uestentes, sub Regula Cisterciensis Ordinis, & Dieceſani Preſulis obediencia imposterum Deo servirent. Beatrice anno proximo sequente defuncta, tandem Sodales eius anno 1494. Sancta Clara Regulam, sed sub Conceptionis habitu, & nomine amplexæ sunt. Julius demum II. Pontifex, ipsas, & à Cisterciensium & Clarissarum ordine eximens, Franciscanorum, ut vocant, Observantium curæ anno 1511. commisit, & Franciscus Angelicus Castellæ Minister Vicarius Provincialis, qui post ordinis Seraphici Minister Generalis fuit, ipsis statuta quæ hodie servant, an. 1516. præscriptis. Eodem Francisco Angelico agente, Mariana Cardona femina nobilissima suis opibus in urbe Romana, ad radices Montis Capitolini, titulo: Sancta MARIA libera nos à peccatis inferni: Monasterium hujus instituti an. 1515. edificavit, & cum alijs mulieribus, ejusdem Ordinis habitum assumpsit. Lib. impress. Antwerpia an. 1608. in 4.

Item, de origine Monacharum Immaculatae Conceptionis Virginis, &c. in libro originum Monasticarum Religionum lib. 5. cap. 13.

Item, in Falsis Belgicis, atque Burgundicis ad diem 8. Decembris fol. 717. sub hoc titulo: De varijs locis Divæ Virginis, cultu ac miraculis per Belgium claris. Vbi quamplures recenset Imagines Deiparæ, sub titulo Conceptionis Immaculatae Beatae Virginis MARIAE. Alijs, quo titulo ponentur die 8. Decembris, in qua Ecclesia solum celebrat festum Conceptionis? Vide lib. impress. Bruxellis 1622. in 8.

Item, in Bibliotheca Carthusiana à R. P. Theodoro Putreio concinnata, & ab ipso Myrco recognita, & typis mandata, refert Scriptores, qui de Conceptione Virginis MARIAE tractatus, seu libros scripsierunt. Lib. impress. Coloniæ 1609. in 8.

Item, in Chronica rerum toto orbe gestarum à Christo nato, ad nostra usque tempora, ad annum 1501. de Ordine Annuntiarum Beatae MARIAE à Joanna de Balois fundato, inquit: Utuntur autem Annuntiaræ Moniales ueste talari leucophæ, seu grisea, ut vulgo loquimur, in testimonium virtutis penitentis, quam profitentur, chlamydem verò prorsus candidam ex humeris in pedes defluenter gestant in memoriam Virginea puritatis Deiparæ, &c. Lib. impress. Antwerpia 1608. in 4.

Item, in notitia Ecclesiastarum Belgic. cap. 178. adducit diplomata Balduini Comitis acta in solemnitate Conceptionis Virginis MARIAE, anno 1595. Vide loc. citat. & Euseb. object. Concep. f. 70.

Item, in libro: Elogia illustrium Belgij Scriptorum, qui vel Ecclesiam Dei propugnarunt, vel disciplinis illustrarunt, Centuria, decadibus distincta folio 142. loquens de F. Carolo Fernando Brugis Flandrorum nato, inquit: Licet cœcus rants in studiis procelius fecit, ut Orator & Poëta, Philosopher ac Theologus insignis audiret, & sacras etiam literas Parisiis publicè interpretaretur, post spretis omnibus D. Benedicti Regulam institutum;

in Vicentianio apud Cenomanos Monasterio (quod Cassalinum vulgo dicunt) amplexus, scripsit (qui quidem typis Badianis sunt edita) de animi tranquillitate libros duos, totidemque de Immaculata Virginis Conceptione, adversus Vincentium de Novgorodi, & collationum Monasticarum lib. 4. aliaque edit, &c. Piè moritur anno 1496. &c. Lib. impress. Antwerpia 1602. in 8.

AUGUSTINUS. Antolinez, Archiepiscopus Ecclesias S. Iacobi Compostelan. quondam Lector primarius, & iubilatus in prima Theologia Cathedra Salmanticens. ad libr. D.D. Petri de Perez, Episcopi Arequipensis, pro Immaculata Virginis Conceptione fecit non tolùm approbationem, sed & probacionem latissimam ex multis Sanctorum dicitis pro ejus preservatione, ut videre est in lib. impress. Limæ, anno 1629. in 4.

Item, peculiarem edidit tractatum, in quo docuit quod B. Virgo MARIA ab instanti sue Conceptionis derit Divinam efficiam. Ita Joannes à S. M. in simplici libello, fol. 339.

AUGUSTINUS Barbosa, Episcopus Hispanus, in collectanea Doctorum tam veterum, quam recentiorum, lib. 3. Extravag. communium, initio de Reliquis & veneratione Sanctorum, adducit decretum Sixti IV. cum præexcelsia, &c. Quod qui Conceptionis B. MARIAE Virginis, in ipso dicitur, Missam, & officia Sixti IV. celebraverit, vel dixerit, aut illis horis Canonicis interfuerit, eandem prorsus indulgentiam, & peccatorum remissionem consequatur, quam lucrantur illi, qui iuxta Clementinam primam hoc titulo, Missam, & horas Canonicas in festo Corporis Christi celebrant, dicunt, aut Missa officio, & horis hujusmodi intersunt.

Item, ad Extravagantem, Gravé nimis, secundam, & ultimam, circa venerationem sibi Immaculatae Conceptionis; adducit decreta Pauli V. & Gregorii XV. tom. 3. Impress. Roma 1629. in fol.

Item, tom. 1. titulo 9. de Ferijs, refert inter festivitas Virginis gloriose, festum Conceptionis Lib. impress. Roma 1629. in fol.

Item, in libro Pastoralis sollicitudinitis, sive de officio, & potestate Episcopi allegat. 50. num. 10. plura adducit pro Immaculata Conceptione Virginis MARIAE, quam tuerit, & defendit: ubi memori casum notari dignissimum, citatque pro hac sententia quamplures Doctores.

Item, allegat. 105. num. 82. adducit decretum Gregorij XV. circa celebrationem officij divini, sub hoc initio Conceptionis. Lib. impress. Lugduni 1628. in fol.

Item, in declarationibus Concilij Tridentini, de Immaculata Conceptione Virginis MARIAE declarationem, seu remissionem. Impress. Lugduni 1631. in 4. & Coloniæ 1620. in 8. regali.

Item, circa duas Extravagantes, seu constitutions Sixti IV. incipientes Grave nimis de Immaculata Virginis Conceptione explicationem, in lib. 3. Extravagantum, ut supra.

AUGUSTINUS Barreti, Ordinis Predicatorum Italus, in libro Sermonum, sermones de excellentiis Virginis fol. 35. ad illud: Gratia plena, dicit multa & concludit sic: Sovengavi (scripturali) della valerosa Guidith, di cui registra la Scritura, che vittoriosa si ritornando d'Oloferno venne cantando vivit Dominus, qui custodivit me ingrediendi, commorando, & egrediendo sua benedicto il Signore (diceva) che de aquel impio me ha preferata entrando, stando, è partendo. Guidith è Ma-

O quod  
fir (que  
ni trans-  
munda  
recessit,  
que ed-  
impreff.  
iscons  
Lector  
Cathe-  
cera, E-  
Concep-  
& com-  
um q-  
in lib.  
docui  
onu-  
in sup-  
Hispo-  
s, que-  
n, in-  
addi-  
Quid  
Mifflin,  
llis ho-  
indid-  
puos-  
im pa-  
icas in  
Milla,  
secu-  
atculas  
region  
festi-  
Lib.  
le off-  
n. 109.  
Virgins  
mons  
c. feni-  
m Cen-  
se tenu-  
fol.  
enium,  
clarifi-  
1631.  
itudo-  
nacida-  
3. Ex-  
tonum  
lentis  
multa  
valo-  
ae viti-  
tando  
endo  
il Sig-  
refers  
e Ma-  
ria

ria Vergine, lei sola puo dire: Vivit Dominus, qui custodivit me ingredientem, commorantem, & egredientem. Si, si alma Regina che Iddio ti custodi è prefero mentre entrai nel Mondo, perché nascisti al Mondo, senza peccato: Pulchra es amica mea, & matula non est inter canta la chiesa) &c. Lib. impress. Parisis 1616. in 4.

Item, in Sermonibus sub hoc titulo: Sermons sur les Evangèles, & Festes de l'Advent, folio 116. adducit Sermonem pro die Conceptionis Virginis MARIE, sub themate: De qua natus est Jesus. Et folio 148. alium de eadem Conceptione Virginis, usque ad fol. 182. in quibus defendit & adstruit præfervationem Virginis ab originali macula. Lib. impress. Parisis 1617. in 8.

AUGUSTINUS de Benavente, Abbas Ordinis S. Benedicti, in 2. part. libri, Parte segunda de las luces de Dios, resplandor de las llagas de Christo Señor nuestro, y su santissima Madre, &c. lect. 6. art. 3. sub hoc titulo: Virgen santissima Madre limpia de coraçon, y como a Dios, &c. de ejus Immaculata Conceptione, ac præservatione a peccato originali, agit late à fol. 329. usque 340. Lib. impress. Vallisoleti 1647. in fol.

AUGUSTINUS Bernal Magallensis, Societas Jesu Hispanus, in lib. de Incarnat. disp. 10. lect. 3. fol. 78. Quod B. MARIA nec habuit originale peccatum, nec ejus debitum, Christumq. Dominum pro illa satisficeret, sed non propriè, nec ipsam redemisse propriè, sed præservatione, &c. vide ibi. Lib. impress. Cæsarau-guste 1639. in folio, vide etiam disp. 17. lect. 4. à num. 65. quia ibi agit de hac materia.

AUGUSTINUS de Carrion-Ponce, & Medina, Ordinis Minorum Hispanus, edidit Sermonem de Immaculata Conceptione Virginis MARIE, &c. Impress. Toleti 1654. in 4. & ad finem adducit imaginem Immaculatae Conceptionis.

Item, in libro dicto: Segunda parte de Sermones varios de festividades de nuestra Señora, y Santos, fol. 17. Sermonem de Immaculata Conceptione Virginis MARIE, ut videre est à fol. citato, usque ad fol. 37. Impress. Toleti 1660. in 4.

AUGUSTINUS de Castro, Societas JESU Hispanus, Theologus olim Professor, nunc Catholici Regis opinatissimus Concionator, in voto, ac iuramento facto sub honorato confilio Regali Messe, ac Cabanæ, die 15. Martij, anni 1654. predicavit sermonem pro mysterio Immaculatae Conceptionis Virginis MARIE, & extat impressus una cum prædicto iuramento Marriti 1654. in 4.

AUGUSTINUS Collado, Hispanus Poëta, in Cantione pulchra de Virgine Dei Matre, inquit:

Que esfanta à la ley comun . . . .

Si fue en el como Dios, naturalezza,  
Gracia en ella fue, como criatura.

Vide alia ibi, folio 18. sed præcipue in alia Cantione posita folio 71. ubi dicit:

Por ti esfa Madre doncella

Que al primer pie dichosa

Que su concepcion virgina

Rompio al Luceyo los ojos.

Extant in libro Petri de Herrera Sacrar. Toletani. Impress. Matriti 1617. in 4.

AUGUSTINUS Crepliskius, Ordinis Minorum Polonus, descriptus anno 1619. Conventum Siracoviensem, qui extat ad plagam Occidentalem majoris Poloniae sub titulo Immaculatae Conceptionis Deiparae Virginis MARIE, ut refertur in Chro-

nologia Provincia Poloniae, folio 608.

Item, fecit relationem Conventus Lanciziensis, sub titulo Immaculatae Conceptionis Sanctissima Virginis MARIE, folio 630. in fol. regal. scripta.

AUGUSTINIANORUM Parisien. Conventus magnus erexit Confraternitatem Immaculatae Conceptionis Dominæ nostræ, ante annum 1442. cum pulcherrima Capella, in qua erant aliquando innumerii Confratres, & concursus maximus populi quotidie, & maximè die festo illius; ita ut multoties coactus esset concionator ob tantam gentis copiam facere concessionem in magno Refectorio. Hæc Confraternitas fuit prima totius Civitatis Parisiensis, unde dilatata est per totam Galliam; ut appareat ex litteris Caroli VIII. expeditis anno 1486. Hujus Conventus studentes, & Religiosi, maximè juvenes, cantant ex mera devotione omnibus Dominicis, & Festis solemnis cum organis, & diversis profis, Missam Immaculatae Conceptionis horâ septimâ, ut refert Anonymus Augustinianus in recollectione antiquitatis & Indulgientiarum Confraternitatis Immaculatae Conceptionis. Impress. Parisis 1632. in 16.

AUGUSTINUS de Cupiti de Eboli, Ordinis Minorum Italus, in libro: Corona di duodici Reasonamenti di Sancti in voce della duodeci stelle delle quali coronata, &c. de Virgine Matre Cali Regina, que nata est ut columba pura, vixit ut phœnix rara, & sola volavit ad celum, quasi aquila magnanima, & supracœlestis. In Sermoni facto anno 1591. in Conventu Aracelitano. Et impress. Neapolit. 1628. in 4. Ubi quamplura adducit de præservatione à peccato originali, à folio 251. usque 282.

AUGUSTINUS Dathus, Senensis Italus, in Oratione 12. de laudibus gloriose Virginis MARIE Matris Dei, sic inquit: Una cunctis faculsi extitit, que mortalibus conditionis dignitatem antecelereret, & gloriam MARIA inelyta Regina celorum, qua vel in ipso matris vtero à totius peccati labe, atque culpa omnis exempta contagio, aeterna prædestinationis felicitatem afferat. Lib. impress. Senis an. 1503. in fol. & in nostra Biblioth. tom. 3. fol. 380.

AUGUSTINUS de Felleries, Abbas Bonæspei Ordinis Præmonstratensis Belgæ in libro: Sermons sur l'Ave MARIA; Sermon 1. & 2. super illa verba: Gratia plena, fol. 79. Quod Virgo sacra fuit tam citè sancta, quam concepta, & in suo principio tota cœlestis, &c. Latè agit de hoc mysterio per totum librum. Impress. Bruxellis 1653. in 4.

AUGUSTINUS Ferentillus, Episcopus Conversanus Italus, schedulas impressas omnibus tam Ecclesiasticis, quam laicis erga Immaculatam B. Virginis Conceptionem distribui curavit, quibus unicuique tam diu, quam noctu, hora ad orationem, & ejusdem Immaculatae Conceptionis cultum peragendum assignabatur, &c. De ejus devotione ad mysterium vide Hippolyt. Marrac. in Antist. Marian. fol. 582. discessit è vita hic Augustinus anno 1641. ætatis sua 33.

AUGUSTINUS Ferentillus, Doctor Italus, in compendio Catechismi Concilij Trident. part. 1. art. 3. fol. 22. vocat Virginem MARIAM purissimam, ex ejus purissimo sanguine formatus fuit Christus. Lib. impress. Venetijs 1570. in 8. Video quod ille non sit expressus, sed nihil habet contra.

AUGUSTINUS Galea, Canonicus Alexandrinus Italus in libro: Predicabili discorsi sopra il santissimo Rosario della gloriosa Virgine, &c. 1. Mysterio

1. Mysterio gaudioso de Annuntiatione ad illud: Ave gratia plena, inquit: Secundo, quanto al soggetto che recive la gratia per che nel homo si trova anima, è corpo, le quali parti non sono ambe due ne giusti riempire di gratia, essendo che la gratia che hanno non tolle dalla carne loro l' rebellioni contra lo spirito, è il fomite del peccato; questo fu privilegio singolare della Virgine, alla quale con la anima, è corpo fu perfettamente fatto posta à Dio, è levato il fomite del peccato, hebbe la carne totalmente soggetta allo spirito, è così per ogni parte piena di gratia. Terzo, quanto alle cose che sono contrarie alla gratia, come i peccati, originale mortale, veniale, da quali tutti per la excellenza de la sua gratia fu sempre la Vergine lontanissima, &c. Lib. impress. Taurini 1628. in 4.

AUGUSTINUS Gothoutius, Ordinis Minorum Januensis, de Carne Verbi, & B. Virginis Conceptione juxta distinctiones Magistri sententiarum, Epitome, Parisijs 1605. in 8. regali.

AUGUSTINUS Hunneus, in lib. de Sacramentis Ecclesiae Christi axiomata, &c. quinto indice, ad finem libri pro verbi Dei concionatoribus, adducit Elenchum pro falso Conceptionis Virginis MARIE, &c. Bene verum est, quod in indice 3. verbo MARIA, refert quæstiones, & sententias S. Thomæ circa sanctificationem Virginis; sed in indice 5. ubi ex se loquitur, non utitur verbo sanctificationis, sed Conceptionis, quo ostenditur, quod nostram fecerit fuerit sententiam. Lib. impress. Romæ 1586. in 8. regali.

AUGUSTINUS Lampugnanius, Prior Congregationis Cassiensis, in libro Italicè intitulato: Seti strati di Amore, &c. capit unum, ubi ait: MARIA concepta absque peccato originali. Impress. Bononiae 1640. in 4.

AUGUSTINUS Lanzelottus Peruzinus, Abbas Olivetanus, Ordinis S. Benedicti, in lib. cuius titulus est: Deus opifex, habet quæst. unam, à fol. 537. usque 545. difp. 1. de Ammissione status innocentie, lect. 25. ubi ait: Quod Beatissima Virgo fuit à Deo preservata, & in momento Conceptionis per gravitatem præventa, quoniam originalem culpam contraheret; est communis, ut diximus, & exceptis aliquibus Thomistis, ab omnibus defenditur, &c. Lib. impress. Roma 1639. in folio.

AUGUSTINUS de Leonissa, Ordinis Eremitarum S. Augustini, in Sermonibus super Dominicam orationem Pater noster, ac Angelicam salutationem Ave MARIA, Serm. 2. de triplici vœ à quo B. Virgo fuit immunis, folio 72. primò à vœ culpe originali, de quo Hieremias: Vœ mihi mater mea, &c.

Item, cap. 3. Quod peccatum originale habet multa nomina, & MARIA ab omni fuit immunis, latè vide ibi. Lib. impress. Coloniæ 1503. in 8. parvo.

AUGUSTINUS Maefardus, Italus, patria Genueus, in libro svarium orationum, folio 110. ait: Quod B. Virgo MARIA in utero Matris ad modum lapidis pretiosi refulsa sine macula culpe originalis, & primò clarificata radis gratie, quam luce Dei illuminata, &c. Impress. Genue 1622. in 4.

AUGUSTINUS Mannus de Canthiano, Congregationis Oratorij de Vrbe, in sua selecta Historia rerum memorabilium in Ecclesia gestarum, in ordine 72. habet caput unum historie felicissimi ortus B. MARIE ex clarissimis parentibus, & de ejus sancta educatione, ubi affirmit: Quod Anna con-

cepit MARIAM sanctam, puram, illibatam, & prorsus maculatam totam, cui se grata plenitudo infelix propriejus Conceptionem. Lib. impress. Romæ 1612. in 4. AUGUSTINUS Nuñez Delgadillo, Ordinis Carmelitarum Hispanus, de MARIA sine originali culpa concepta, edidit tomum unum, ut restatur Mariana in Biblioth. fol. 166. & in Catalog. an annum 1631. Casanate in paradiso Carmelitarum, pag. 499. L. on classe VI. & Reverendus P. Ludovicus Casanus à S. Jacobo in Biblioth.

Item, in libro dicto: La Victoria de los Justos, celebrada por David, en el Psalm. 17. in principio operum suorum faciens Catalogum, promovit opus de Immaculata Virginis Conceptione, sed eo more prævento, non est editum.

AUGUSTINUS Olivanus, Canonicus Cesariensis, Augustinus Hispanus, typis mandavit Sermones Eminentissimi, totiusque Barchinonensis gratia Tutoris acerrimi, nec non inaccessibilis. Sacra Theologia paludamento insignis Martinus Garcia, in quo adducit Sermones quatuor pro Immaculata Virginis Conceptione, à fol. 402 usque 412. Cesariensis abh[ic] anno impress. in 4.

AUGUSTINUS Oregius, SS. D.N. Urbanus Papæ VIII. Theologus, ac Cubicularius, deinde S. R. E. Cardinalis, Italus, in lib. de mysterio Incarnationis, habet quæstionem, Vtrum B. Virgo fuerit in utero Matris sanctificata? Impress. Romæ 1633. in 4. regali, & 1637. in fol.

Item, habet ibi quæstionem alteram, Vtrum B. Virgo, tantum in primo instanti sua Conceptionis gratiam habuerit, ut ei non potuerit addi fieri? in quibus adducit quamplurimas Sanctorum auctoritates, ac citationes, pro stabilenda B. Virginis Conceptione Immaculata. Vide ibi.

AUGUSTINUS Ostorius, Ordinis S. Augustini Hispanus, de Immaculata Conceptione Domina nostra habet Sermonem, prædicatum in Civitate Barchinon. anno 1618. ad instantiam Administratorum Confraternalitatis Immaculatae Conceptionis, &c. Impress. Barchinone 1618. in 4.

Item, Tractatum de Conceptione Immaculata Virginis, impress. Venetijs 1648. in 4.

AUGUSTINUS Paolletti, Ordinis S. Augustini Doctor Theologiae, & Provincialis Senatus, in discursibus prædictabilibus in Dominicis & Festa incurrentia ab Adventu usque ad Dominicam Quadragesimæ, fol. 29: De falso Conceptionis S. Dei Genitris, & Virginis MARIE, argumentum: Sanctissimæ Virginis, & Maris MARIE Immaculata Conceptionis suis & gravibus argumentis ostenditur. Sermo est impress. Coloniae 1661. & Venetijs 1641. & 1647. in 4. AUGUSTINUS Reghinus, vel Rechnius, Ordinis Minorum Ferrarensis Italus, in lib. Sermonum Adventualium, adducit Sermonem de Immaculata Conceptione Dei Genitricis V. MARIE, impress. Venetijs 1591. in 4.

Item, in lib. Sermonum Quadragesimalium, Sabato 2. de Nativitate Virginis MARIE, ipsam invenit fatetur ab omni peccato. Sic Andreas de Vrzano, in Analysis Conceptionis, fol. 97. Pistoia fol. 158. vocat eum Antonium, sed fuit error typographus.

AUGUSTINUS Serranus, Hispanus Poeta, scriptis Carmina pro Immaculata Conceptione Beatae Virginis, impress. cum alijs apud Sanctum Zapata fol. 159.

AUGUSTINUS Suarez, Ordinis Carmelitarum Hispanus, in libro Constitutionum ejusdem Ordinis

ordinis, adducit Bullam Nicolai V. Pontif. Max. in favorem Immaculatae Conceptionis Virginis MARIE. Lib. impress. Hispali 1573. ex Marrac. in Pontif. Marian. fol. 145. & Oxeda de Concept. cap. 1.

AUGUSTINUS Tassus, Ordinis Minorum Italus, in tomo primo Sermonum in honorem B. MARIE Virginis, super Evangelium: Exurgens MARIA, serm. 6. fol. 246. ait: Quod Beata Virgo descendit è celo, quasi ros matutinus, absque strepitu alicuius peccati in campum mundi, simul cum mamma divinae gratiae. Impress. Venetiis 1587. in 4.

AUGUSTINUS Tornellus, Clericus Regulare Italus: Quare Mater Ecclesia non solum in festo Nativitatis, sed etiam Conceptionis Beatissima Virginis MARIE, reciter Evangelium: Liber generationis, incidenter ad annum 4077. Antuerpiæ 1620. in folio.

AUGUSTINUS à Trinitate, Ordinis Eremitarum S. Augustini Hispanus (cujus profundam doctrinam Tolosana, & Burdegalensis Academias admiratæ sunt abhinc septuaginta annis) peculialem edidit tractatum pro Immaculata Virginis Conceptione. Ita Joannes à S. MARIA, in supplici libello, fol. 335.

AUGUSTINUS de Sancto Ildephonso, Ordinis Eremitarum S. Augustini, in lib. Theologia mystica, & Scientia, ac Sapientia Dei, &c. Medit. 5. in Sabbato, fol. 674. inquit: Pareceme Señora, que os han executado por el pecado del hombre, culpa, que ni vos, ni vuestro Hijo arriades cometido, &c. Impr. Compluti 1644. in 4.

AUGUSTINUS à Virgine MARIA, Gallus, Carmelita Provincie Turonie, & observantie Rhenensis, Theologæ Professor, in suo Cursu Theologico, tract. de peccatis & gratia, disp. 9. quæst. 1. positivè defendit, B. Virginem Dei Genitricem non contraxisse peccatum originale, &c. quæst. 2. aferit, ipsam nec debitum proximum illud contrahendi, sed tantum remotum incuruisse.

AUGUSTINUS Wicmans, vel Wichmannus, Antuerpiensis, Canonicus Norbertinus in Turgerloo, in libro: Brabantia Mariana tripartita, libro 1. cap. 1. fol. 4. inquit: Judei ergo, perfida licet, atque perversa generatio, præclaras admodum de Sanctissima Deipara laudes sapè sapientius decantarent, quales sunt, quæ apud sacrorum eorundem Interpretes (Rabinos vocant) reperiuntur, utpote Petram esse primariam, unde Meilias absconditetur. Primam generis humani credituram, Primam hominum à peccato prorsus immunem, Prophetam Prophetatum Dominam, ac Magistram, &c. Et citat ad marginem Locrum in MARIA Augusta lib. 1.

Item, infra inquit: Neque Christi solum, sed & MARIE nomen blasphemantes castigant Mahometanis enim lege cautum est: Si quis fide Christianus, fide Turca, vel Maurus, vel Arabs, Christum, illud Verbum Dei, quem virtute Spiritus Sancti à MARIA procreatum credimus, vel etiam ipsam Virginem, quam Deus omnibus creaturis pariorum fecit, & excellentiorem blasphemaverit, præter mulctam pecuniariam, sexaginta fustiarii plagas sustinebit.

Item, infra inquit: Maulolæcum quoque Virginis Mahometani crebrè invisunt, & precibus honorant in summa famaque estimatione etiam Virginem MARIAM habent, quam & ante, & post partum Virginem semper permansisse constanter credunt, tamq. Alcorani testimonio tamquam à Deo eleclam, & summis virtutibus ornatam cunctis mundi mulieribus

anteponunt, atque omni latide dignissimam fatentur.

Item, infra inquit: Quippe ni? Gravissimas siquidem de Beata Virgine in suo Alcorano has legunt voces: Nullus de filiis Adam nascitur, quem non tangat Satan, & ideo ploras vociferans ex eius tactu, præter MARIAM & Filium ejus. Et ibidem illa etiam præclara vox resonat: O MARIA cunctis viris, feminisque præclarior, soli Deo perseveranter studens! O MARIA unicus Deus elegit te, & purificavit te, & utique elegit te, claram super omnes mulieres seculorum, &c. Hæc Wicmans ex Alcorano.

Item, eodem lib. 1. cap. 7. fol. 92. de Sodalitatibus erectorum nomine Virginis MARIE, & Confraternitatibus sub auspicijs Virginis Concep., Nat., Annuntiat., Visitant., Purificata., & Assumpt., &c. Lib. impress. Antuerpiæ 1642. in 4. regali.

Item, lib. 3. cap. 29. pag. 672. inquit: O ter B. P. N. Norberti corpus, quod tali amictu meruit esse coniectum, & hoc (ut habet Monasterium in Hispania nostrorum traditio) in testimonium Immaculatae Conceptionis Dicpare, &c.

Item, in libro cuius titulus est: Sabbatismus Marianus in exercitio pia hebdomadæ, de septem gaudijs Virginis MARIE, enumerat primum in eius Conceptione seu gaudium Conceptionis; & secundum ejusdem Nativitatis. Impress. Antuerpiæ 1628. in 8. & in nostra Biblioth. tom. 3. fol. 444.

Item, in librot Apotheca spiritualium pharmacorum contra luem contagiosam alioq; moibos, ex sacra Scriptura & Sanctis Patribus, atq; authenticis historijs, &c. in Diario Ecclesiastico de Sanctis contra pestem Tutelaribus, ad diem 8. Decembris fol. 93. adducit Immaculatam Conceptionem latè. Lib. impress. Antuerpiæ 1626. in 4.

AULUS Burdegalensis, sive Halus, vel Halonis, in Poëmate de Adventu Sancti Jacobi in Hispaniam, alludens ad Bernardi Archiepiscopi Tolitanæ devotionem erga Immaculatam Conceptionem, in Dedicatoria ad eundem, vocat Virginem MARIA intemeratam & intactam: Vide de hoc apud Euseb. Nieremb. lib. Dissertat. epist. 15. fol. 266. & Tamayum de Salazar.

AURELIUS Augustinus, Hypponensis Episcopus, natione Afer, & Sanctissimus Ecclesie Doctor, tom. 7. libro de Natura, & Gratia contra Pelagianos, cap. 36. fol. 161. sic inquit: Deinde comemorat eos, qui non modò non peccasse, verum etiam justè vixisse referuntur; Abel, Enoch, Melchisedech, Abraham, Iaac, Jacob, Joseph, Iesum Nave, Phineen, Samuel, Nathan, Eliam, Elisæum, Michæum, Daniel, Ananiam, Azatiam, Misael, Ezechiëlem, Mardochæu, Simeon, Joseph, cui desponsata erat V. MARIA, Joannem; adjungit etiam foeminas Debboram, Annam Samuelis Matrem, Judith, Esther, alteram Annam filiam Phanuel, Elisabeth; ipsam etiam Domini, ac Salvatoris nostri Marrem, quam dicit sine peccato confiteri neesse esse pietati: Excepta itaque Sancta Virginis MARIA, de qua propter honorem Domini nullam prorsus, cùm de peccatis agitur, habere volo questionem. Inde enim scimus, quod ei plus gratiæ collatum fuerit ad vindicandum omni ex parte peccatum, quæ concipere, ac parere mertuit eum, quem constat nullum habuisse peccatum. Hac ergo Virginie excepta, si omnes illos Sanctos, & Sanctas cùm hic vivèrent congregare possemus, & interrogare, utrum essent sine peccato, quid fuisse responsuros putamus? Utrum hoc, quod iste dicit, an quod Joannes Apostolus

postolus? Quantalibet fuerint in hoc corpore excellentia sanctitatis, si hoc interrogari potuissent, una voce clamassent: Si dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, & veritas in nobis non est, &c. Hec Augustinus: Ex quibus verbis evidenter constat, eum exceptisse Virginem MARIAM à peccato originali, quod sic breviter probo. Primo: quia exceptio illa est absolute, nam si fuit sine peccato, ergo sine originali. Secundo: quia his verbis, & sequentibus probat Augustinus enumeratos Sanctos veteris Testamenti fuisse peccatores, quia saltēm habuerunt originale peccatum; ergo si ab his excipit Virginem MARIAM, clarum est, quod fuerit absque originali. Tertio: quia probabilissimum est, primum & ultimum scilicet Abel, & Joseph solum habuisse originale, & adhuc ab his excipitur MARIA; igitur nec originale habuit. Quartus: cū dicat Augustinus: Nulla prorsus habere volo questionem; ergo clausit ostium etiam ad questionem de peccato originali. Quintus: quia si MARIA vicit ex omni parte peccatum, igitur etiam ex parte originalis, quia si ex hac parte victa esset MARIA; ergo non est data ei gratia, ut ex omni parte vinceret peccatum. Sextus: quia secundum Augustinum illa gratia data fuit MARIA, ut conciperet, & pareret eum, qui nullum habuit peccatum, scilicet nec originale; ergo gratia, quae fuit sufficiens ad concipiendum eum, qui nullum commisit peccatum, fuit etiam sufficiens, ut ipsa nullum contraheret. Septimus: quia confirmavit, & approbavit Pelagi sententiam dicentis: Domini, ac Salvatoris Matrem sine peccato esse, confiteri necesse esse pietati. Hec pauca breviter prenotasse sufficiunt, nam ferè nullus est de Conceptione Scriptor, qui hanc non adducat auctoritatem, & illam secundum suum explicet captum. Vide N. Hauzeur, in Anatomia, & in Collatione totius Theologiae.

Item, Sermon de Annuntiatione, inquit: *Magnifica illum, o Virgo Beatisima, qui te ab omni peccato super omnes preservavisti! Quis enim dicere potuit: Sine peccato sum natus, aut: Mundus sum ab omni iniuritate, dicere audebit, nisi Virgo illa prudenter, animatum templum Dei excelsi, quam Deus sic elegit ante mundi constitutionem, ut Sancta, & Immaculata Dei esset Mater, & Filia, ab aeterno præservata incorrupta ab omni labe peccati? Ita Ferdinandus de Vergar, in defensorio Immaculatae Conceptionis ad finem, & in officio antiquo Nogarolis, lection. 2.*

Item, ibidem: Summa Dei Sapientia nullam in massa humani generis invenit viam per quam, ut dispositum, in mundo veniens ejus subveniret luctuose perditioni, donec ad illam, de qua loquimur, Virginem ventum est. Tanta omnis boni virtute perfectè resplenduit, ut eam Dei Sapientia veridice iudicaret, ut per ipsam in hominem veniens, non tantum reatum priorum parentum bonum, sed totius mundi peccata deleret, &c. Ex hac auctoritas eadem lectio ne 2. primi diei Festivitatis.

Item, lectione 4. inquit O Mater Domini, sicut in prima foemina abundavit delictum, ita & in te superabundavit omnis plenitudo gratiae, & ideo super omnes ignorare delicti, &c.

Iste, ibidem ait: Charitas fecisti; ut non solum MARIA non peccaret, sed nec peccatum cogitare potuerit, & super cunctos reservasti ab omni labe peccati, &c.

Item, in Meditationibus cap. 40. sic ad Deiparam orat: *Sancta, & Immaculata Virgo Dei Genitrix MARIA & Mater Domini nostri Iesu Christi intervenire pro me digneris, &c. Ergo si Immaculata in anima, & corpore, & tota vita, a primo instanti sue Conceptionis etiam inclusivæ.*

Item, l. 5. contra Julianum c. 15. inquit: Illud sane magnum verumque dixisti, sufficere ad ostendendum in Christo nullum fuisse peccatum, quia dixit Petrus 1. Epistol. Nullum eum fecisse peccatum, &c. omnino verissimum est. *Profecto enim peccatum etiam major fecisset, si parvulus habuisset;* Nam propriea nullus est hominum prater ipsum, qui peccatum non fecerit grandioris etatis acieatu, quia nullus est hominum prater ipsum, qui peccatum non habuerit infantilis etatis ex ortu, &c. Si hæc est legitima, & necessaria consequentia secundum Augustinum, non habuit peccatum actuale, ergo non contraxit originale, & de Sacraissima Maria fatentur Augustinus, Concilia, Patres, ac omnis Ecclesia, quod nullum contraxit actuale peccatum; ergo consequenter fatendum est non contraxisse originale.

Item, lib. 5. Hærel. cap. 5. contra Manichæos in Christi persona ait: Ego Matrem, de qua nunc erer, feci, ego viam meo itineri preparavi, atque mundavi. Hanc, quam tu despicias Manichæos. Mater mea est, sed manu fabricata est mea. *Si potius inquinari, cum eam faciem, potius in illa inquinari, ut ex ea nascerer,* &c. Igitur ex hac auctoritate confitetur quod MARIA, nec ut Concepta, nec ut concepi inquinari potuit, seu ut genita, & facta, velut generans Christum. De his, & aliis Augustini auctoritatibus videat Lector N. R. P. F. Mathiam Hazeur in Collatione totius Theologiarum tomo 1. quæst. 5. de sanctitate Deipara, & in Anatomia Augustini sepe, & Florentium Conrium Archiplicopum Tuathensem in lib. edito de hoc solo assumpto, impress. Antwerpia 1615. in 4. denique Gundisalvum Cervantes Augustinianum, libro dicto: Parecer de San Augustin en favor de la Concepcion purissima de la Virgen MARIA, impress. Hispali 1618. in 4. in quibus invenies omnia quæ hic brevitatis causa omittedimus, fuisse tractata.

Item, Sermone 4. de Assumptione, inquit: Non enim talis conceptus, talisque partus, nisi Deum decuerat, qui venerat redimere quos voluit, creare profecto potestate, redimere humilitatem, humiliatis naturam sumens sanctam de sanctificatione corpore, & immaculatam de immaculato: ineffabilem enim sanctificationis gratiam, quam concipiendus præbuit, conceptus, & natus non absulit, &c. Et quia de ejus corpore, & anima loquendum est, quod ipse præter naturalem usum sanctificavit, & gratiam contulit, non aliena nos dicere patiatur, &c. MARIA ergo est communis christum Eva, non communicat parturiendo cum dolore, promeruit enim hoc singularis Sanctas ejus & singularis gratia, quæ suscepione Desingulariter estimata est digna. Non immersio ergo exceptitur a quibusdam generalibus uera estimatione, quam tanta servat gratia, & attollit dignitatis prærogativa: Quantum enim Christi potestas possit, mundi ostendit universitas, quantum gratie, MARIA monstrat integritas, quæ sicut diversa est a natura, ita diversa est ab uero. Quid ergo, si in tanta diversitate eam dicimus humanæ fortis mortem obiisse, nec tam eam vinculis retineri, per quam Deus voluntate &

& carnis substantiam communicare, nunc quid impi-  
um erit? Scimus enim Iesum omnia posse, qui de  
seipso ait: Data est mihi omnis potestas in celo &  
in terra, &c. Qui enim in vita pre ceteris illam gra-  
tia sui Concepit honoravit, pium est credere in  
singulari salvatione eam in morte, & speciali gratia  
honorasse. Potuit eam à putredine & pulvere ali-  
enam facere, qui ex ea nascens potuit Virginem  
relinquere. Putredo namque est vermis, humane est op-  
probrium conditionis, a quo opprobio cum Jesus sit  
alienus, natura MARIE excipitur, quam Jesus de ea  
suscepisse probatur, &c.

Item, ibidem infra: De cuius potestate si nullus  
dubitetur Ecclesiasticorum, quin posset Matrem sine  
corruptione in perpetuum servare, cur dubitan-  
dum est voluisse, quod attinet ad tantæ benignita-  
tis gratiam? Si elegit divina voluntas solâ gratiâ  
inter crepitantes vehementium ignium flamas, non  
solum puerorum corpora servare illæsa, ve-  
rûm & ipsa vestimenta servare inusta, cur abnuat  
in Matre propria, quod elegit in ueste aliena? Jo-  
nam servare in ventre certi præter naturalem uitum  
voluit incorruptum solâ misericordiâ, Deiparam  
incorruptam præter naturam non servavit gratiâ?  
Servatus est Daniel ab intemperatissima fame leo-  
num, non servanda est Deipara tantis donata me-  
ritis dignitatem? Hec cuncta quæ diximus, quia  
naturam non servasse cognoscimus, in B. Virginis  
integritate plus potuisse gratiam, quam naturam  
non dubitamus; sic per hoc digne videtur latari  
MARIA latitâ inenarrabili anima, & corpore in  
proprio Filio, per proprium Filium. Nec ullam sequi  
debere corruptionis erumnam, quam nulla sequitur est tan-  
tum Filium patiendo integratam corruptio, ut sit semper  
incorrupta, quan tantâ perfudit gratia, sit integraliter vi-  
rens, quæ omnium integrum perficit, atque genuit vi-  
tam, &c. Omnia Augustini verba in Sermoni isto  
adducta si probant de Assumptione, de Concep-  
tione videntur concludere, & tantò magis, quanto  
anima excellit corpus, atque peccatum detestabi-  
lius est corruptione.

Item, ipse Augustinus interrogans: Quare Christus dicatur novissimus Adam, cum primus Adam  
fuerit contemptor divini præcepti, hic verò Agnus  
innocens & mitissimus, unde de eo dictum est: Ecce  
Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi; sic  
dubitacioni Augustinus respondet pro Immaculata  
Virginis Conceptione, dicens: Sicut primus homo  
per lignum prævaricationis mortem induxit, ne-  
cessarium erat, ut per lignum passionis mors, quæ  
ingressa fuerat, deleretur; & quoniam de terra im-  
maculata factus fuerat, qui per lignum prævaricationis  
mundo mortem intulit, necessarium de Immaculata Virgine  
natus est perfectus homo, in quo Dei Filius, qui  
primum fecerat hominem, vitam æternam per A-  
dam perditam repararet, &c. Hanc auctoritatem  
adducit Albertus utriusque juris Doctor, qui flo-  
ruit anno 1340. (teste Posservino, in suo apparatu)  
in Dictionario, littera A. folio 7. & Franciscus de  
la Cueva in informatione pro Immaculata Con-  
ceptione, folio 14. Velazquez libro 4. de MARIA  
immaculata Concepcta, folio 308.

Item, Serm. 11. in Natali Domini, inquit: Cum  
dixit Angelus: Ave, Salutationem illi coelestem ex-  
hibuit, cum dixit: Gratia plena, ostendit ex integro  
iram exclusam primæ sententia, & plenam benedictio-  
nis gratiam restitutam, &c. Si ergo MARIA contraxi-  
set originalem maculam, nec esset ab illa prima

ira ex integro exclusa, nec plena benedictionis  
gratia in illa restituta.

Item, Sermone 18. de Sanctis, dixit: Implera est  
MARIA gratia, & Eva evacuata est culpa. Maledictio  
Eva in benedictionem mutatur MARIE, &c. Si in MA-  
RIA tota maledictio Eva mutata fuit in benedic-  
tionem, & Eva maledictio prima, ac præcipua  
fuit originalis culpa: igitur & hæc mutata fuit in  
benedictionem. Alias auctoritates adducunt Jo-  
annes de Segovia, & alii; sed vide Solem Veritatis  
2. impress. præcipue pro una de novo reperta.

AURELIUS Corbellinus, Ordinis Eremitarum  
S. Augustini Gallus, in libro de Festivitatibus San-  
ctorum, habet elegantem Concionem pro festo Con-  
ceptionis Beatae Virginis MARIE. Ita Joannes à S.M.  
in supplici libello, fol. 338.

AURELIUS Filucius de Pesaro, Italus Ordinis Eremitarum S. Augustini, in Sermonibus pro  
omnibus Dominicis, ac Festivitatibus anni, fol. 174.  
habet Sermonem de Festivitate Immaculatae Concep-  
tionis Virginis MARIE, usque ad fol. 176. Impress. Venetijs 1586. in 8.

Item, in Sermonibus de Consolatione mortis,  
Serm. 47. super illud: Ave MARIA gratia plena, fol.  
48. ait: Quod Virginis MARIE dictum fuit Ave, quia  
absque peccato & maledictione. Lib. impress. Venetijs  
1599. in 4.

AURELIUS Prudentius Clemens, Consiliarius,  
Hispanus Poëta, in Apotheos. inquit:

..... Verbo perfixinxit viscera puræ  
Viginis, & verbo struxit puerilâ membra, &c.

Exstat tomo 4. Biblioth. VV. PP. impress. Colon.  
folio 895. Ex eo enim, quod vocat puellam MA-  
RIAM puram, datur intelligi, quod nullam habue-  
rit maculam. Lege Salazar, & Leon classe 9.

AYME Bellion, Doctor & Theologus Parisiensis,  
Ordinis S. Augustini Gallus, in libro dicto: Le  
Triomphe du Patriarche Joseph, à folio 166. pro  
festo Conceptionis Domine nostræ adducit Sermonem,  
incipit: Tota pulchra es amica mea, &c. latè ul-  
que ad fol. 183. Impress. Lugduni 1617. in 8.

AYMO Halberstadiensis Episcopus, Homil. in  
Epist. de Assumptione MARIE, inquit: In ipsa hæ-  
reditate Domini morata est MARIA, que non fec-  
cando à possidente Domini non discessit, sed integrum suum  
animam à concupiscentia, & carnem à corruptione servans,  
portio heredi: atis Dei effecta est, &c. Vide Solem Veri-  
tatis, nam hic adducitur ab Adversariis, pro sua  
opinione, de quo referunt quatuor auctoritates,  
sed sine fundamento.

AZO Vice-Comes, ac Dominus, & Princeps Mediolan. ad significandum suum in Deiparam amo-  
rem, Ecclesiam, five Capellam pulchram fecit pe-  
nes suam Curiam ædificari, que nunc communiter  
appellatur S. Botrandus, quam Ecclesiam conse-  
crari fecit solemniter à multis Episcopis, sub titulo  
Immaculata Conceptionis, Virginis MARIE, præcepitq;  
ut per totum dominium suum omnes facerent festum  
in die Conceptionis eius. Ordinavit etiam prædictus  
Princeps devotus Ord. FF. Minorum, ut certus nu-  
merus ex eisdem Fratribus ibidem moraretur, qui  
die noctuq; divinis officijs deserviens Immacula-  
tam Virginem laudaret; ac præter hoc, certa ædifi-  
cia erigi fecit, & usui Fratrum deputavit; post mor-  
tem verò ipsius Domini Azonis, inclusis dictis ædi-  
ficij cum eadem Ecclesia in Curia Ducali, & non  
valentibus prædictis Fratribus ibidem commodè  
permanere, ac festum prædictum celebrare, ex or-  
dinatione

ditione Illustrissime Dicissimae primae Mediolani, prædictum festum Conceptionis translatum fuit ad Capellam Beatae Virginis MARIE, que sita est in Ecclesia S. Francisci Ita Bustus in Mariali, serm. 9. de Conceptione, part. i. Marracius in Principibus Marianis, fol. 52.

A.P. E.V.S.I. sub his litteris scriptis quidam Societas Iesu Pater, librum sub hoc titulo: Manualē Sodalitatis B.MARIE Virginis, ac Juventutis universitatis selecte Gymnasiorum Societatis Jesu, &c. ubi parte 2. fol. 85. adducit considerationes de Conceptione, & 3. talis est: Considerabis Conceptionem B. Virginis sasse purissimam, nullius labii affinem, è qua immaculatus Agnus, &c. Lib. impress. Fleriae anno 1610. in 12. magno.

## B.

BALDUINUS Comes Flandriæ, & Hanno-niæ, dedit duo diplomata cum his subscriptionibus, primum sic: Actum in solemnitate Conceptionis gloriose Virginis MARIE, 1595. alterum vero: Actum mense Decembri in Conceptione gloriose Virginis MARIE 1595. sic Myraus in notitia Ecclesiarum Belgii capite 178. Euseb. Nieremb. folio 70.

BALDUINUS Junius, Ordinis Minorum, natione Belga Pôdracensis, in Manuali Theologico continente præcipua totius Theologie fundamenta, libro 14. de Incarnatione, cap. 15. de sanctificatione B. Virginis, fol. 90o. adducit quartodecim dogmata, seu conclusiones, in quibus probat, quod Beata Virgo fuit per gratiam sanctificata in utero; quod potuit à Deo præservari, & quod de facto non fuit præservata ab antecedentibus, & consequentibus peccati originalis; quod habuit debitum incurriendi, & contrahendi ex vi sua generationis, tamen ex gratia & privilegio speciali fuit à peccato originali in sua Conceptione præservata, &c. Vide alia loco citato; lib. est impress. Moguntiae 1615. in 8. regali.

Item, in libro Concionum parvo impresso Antuerpiæ 1613. habet concionem de Immaculata Conceptione fol. 22. sub themate: Locutus est Dominus ad Moylen dicens: Aream de lignis setim compingite, &c. usque ad fol. 41. Lib. impress. ut supra in 8. anno 1618.

Item, in libro majori Concionum impresso Coloniae 1616. habet præter supra positam, alias duas de eadem Immaculata Conceptione, quarum prima incipit: Figurata fuit B. MARIA per arcum, &c. Et altera incipit sic: Olim mulier quædam, &c. Libr. impress. ut supra in 4.

Item, in Chronico morali, parte 4. folio 768. ad annum Christi 1484. de fundatione Monialium Conceptionis, ac decreto Pauli V. circa Conceptionem Virginis MARIE, late. Lib. impress. Coloniae 1622. in 4.

Item, scripsit de puritate MARIE, sub hoc titulo: Lignum inter se in asperie, de Beata Virgine MARIA Christi Mater impress. Antuerpiæ 1631. Vide Wadding. in Catalogo, folio 46. & Marrac. in Biblioth. Mar. fol. 176.

BALTHASAR Alvarez, Societatis Iesu Hispanus, Provincialis Provincie Toletanæ, vir pietate clarus, de Consolatione spirituali, habita in die Conceptionis Domine nostra Virginis MARIE. Vide etiam ipsius scripta per Ludovic. de Puente cap. 26. fol. 111. Lib. impress. Matrii 1615. in 4.

BALTHASAR Andreas, Juris Consultus Hispanus, ad Decretum Concilij Tridentini, de Immaculata Virginis Conceptione fecit additionem latam, & eruditam, ut videre est in lib. impress. Lugduni anno 1631. in 4.

Item, adde quæ ipse refert his verbis: Quamvis est sententiam de Immaculata Virginis Conceptione, & nos triginta abhinc annis adverbiis Gloff. verbo Nativitas, in cap. 1. deConsecrat. distinct. 3. & verbo Miracula, in cap. 2. de Consecrat. distinct. 4. dum hæc iura publicè in nostra Academia docemus, libenti animo securi suimus, varijs rationibus, ac fundamentis illam comprobantes. Et postmodum anno 1618. cùm hujus nobilissime Civitatis Cæsaрагustæ Supremum Consulatum exerceremus, unà cum alijs ejusdem Civitatis moderatoribus, copiosaque Nobilium, ac Civium, & Equum multitudine in Angelico facello Serenissime Deiparæ, ac Immaculata Virginis del Pilar communiter à nostris nuncuparæ, ejusdem pia affectionis defensionem solemni iuramento firmavimus, &c. ibidem.

BALTHASAR Arias, Ordinis Prædicatorum Hispanus, in lib. Sermonum de Sanctis, in felicitate purissimæ Conceptionis Virginis sanctissima, à fol. 33. usque 47. Hispanice pro puritate Virginis, ac ejus præservatione habet sequentia: Porque à la luz del dia, se le figure la noche, pero a la gracia de la Virgen santissima jamás precedió mala de culpa mortal venial, m original, &c. La Virgen fue sicut dies ceeli, dia fin noche, luc sin tinieblas, gracia sin culpa, ni antes, ni despues. Pues si la Virgen santissima tuvo adornados los pies, y la cabeza, pues tuvo el adorno de la gracia no solo en los pies, que fue el fin de su vida; pero en la cabeza, que fue el principio della, pues no solo estuvo en gracia a la hora de su muerte, sino tambien en la Concepcion, siendo concebida en gracia, y sin pecado alguno, &c. En la Concepcion le entró a la Virgen la luz de la divina gracia, y no el agua del diluvio general, que fue la culpa del pecado original, que se extendió generalmente por todo el linaje humano porque de este diluvio general del pecado original, solo el Arca de Noe, que fue MARIA santissima, y el que estuvo dentro de la que fue Christo nuestro Señor, se libraron, &c. Et infra: Aunque Christo, y MARIA fueron impeccables, pero en diferente manera: porque Christo lo era por naturaleza, y MARIA por gracia, y privilegio particular; porque según la ley general, que publicó el Apóstol. San Pablo: Omnes in Adam peccaverunt: percer averlo incurrido, pero no, porque detta ley general exceptuó Dios nuestro Señor, y privilegio a MARIA santissima, &c. Así la ley devino en el pecado original para todos, mas no para la Virgen Santissima, ella sola fue la privilegiada, y la libre de ésta ley, &c. la fabrica de la Virgen en la Concepcion, no tuvo golpe de culpa, ni pecado alguno. Ultra de todo lo dicho, si la Virgen fuera concebida en pecado, fuera esclava del demonio, como lo son todos los pecadores, y en tal caso podría el demonio decir a Dios dos dedos de la barba, andad Señor, que sois Hijo de esclava, lo qual parece seria gran mengua de Dios, &c. Deinde repetit millies, & probat Virginem MARIAM fuisse immunem, & exemptam a peccato originali, in gratia conceptam, & alia quamplura scitu digna, quæ non transcribo brevitatis causâ. Lib. impress. Valentiae 1614. in 4.

BAL-